**Incipit:** tractatus contra iudeos
editus per Reuerendiſſi-
muz dñz dominū Jacobuz de valencia Ep̄z
criſtopolitanum.

**Poſtquaz:** expleueraz
cometarios
in libro pſalmoꝝ relatū ē mi
chi q̄ſdaz iudeos egre tuliſſe
et murmuraſſe ꝓpt̄ ea q̄ dcta ſt̄ in expoſiti
one pſ. xxxix. et xlix. ⁊. l. et i plerſq3 locis
ſ. q̄꜡ lex moyſi fuerat mortua et ipleuerat
curſū ⁊ offin̄ ſuū i aduētu xp̄i. eo qꝺ nō fu
it data gr̄a ſui ſ3 i ſignū xp̄i futuri et legis
euāgl̄ice. Et dictū fuit q̄꜡ oīa ꝓmiſſa in le-
ge et ꝓp̄his erāt ſpual꜡ intelligēda. q̄ oīa
fuerūt ꝯpleta in xp̄o vero meſſia i lege pro
miſſo. Et dictū fuit q̄꜡ ceſſante lege moyſi
q̄ ad officiū ⁊ figuraz ſucceſſit lex euāglica
tanq̄ veritas illius. eo q꜡ tota ſcriptura le
gis et ꝓp̄haꝝ fuit verificata p̄ xp̄3 et leges
ei⁹ euāgl̄icaz. Quod audiētes iudei q̄dam
modni ingēti fremitu et conatu īcepūt in
ſtare ⁊ conari ꝓbare totū oppoitu3 p̄ aucto
ritates ſacre ſcripture. Quāobrez ꝯpulſus
ſu3 ab amicis mīs ꝯpreſbitis iudeoꝝ inep
tijs et friuolis argumentis breui tractatu
reſpondere.

¶ Unde ē aduītendū q̄ ſex ſt̄ que detinent
iudeos modernos i ſua pfidia et obſtiatiōe
P̄rio q꜡ putāt lege3 moyſi fuiſſe datā gr̄a
ſui n̄ ꝓpter aliū finē. Secūdo q꜡ putāt ipā3
ineternu3 duraturā. Tercio q꜡ putāt illā t̄rā
canaā et ibi꜡3 cū oīb⁹ fructib⁹ ſuis ēē eis
ꝓmiſſa3 et datā i premiū preciſu3 ꝓ obſer
uantia legis. Quarto q꜡ putāt q̄ meſſias i
lege ꝓmiſſus debebat eos liberare ab oī
captiuitate tp̄ali. ⁊ reduce eos i illā terra3
canaā. Et ideo nō credūt ib3 xp̄3 fuiſſe verū
meſſia3. ſ3 expectāt aliū q̄ debeat eos libe-
rare. Sexto putāt legē euāgl̄icā ēē ipfectā
et oīo ꝯtrariā legi moyſi. et ēē ſacrile-
ga3 ⁊ falſa3. Idō ea3 nolūt ſeq̄ nec recipe.
¶ Et idō i p̄ſēti tractatu mouebūtur q̄n
q3 queſtiōes cū argumētis iudeoꝝ q̄b⁹ ab
ſolutis videbit̄ manifeſta deceptio et ceci-
tas eoꝝ. Et ſoluētur oēs obiectiōēs ⁊ ratio
nes eoꝝ adducte ꝯtra ūitatē nr̄a3. Quaꝝ
p̄ma erit. vtrū oīa legalia debuerit ceſſare
tanq̄ mortua p̄ aduētū xp̄i. Scđa vtrū ſab
batū legale debuērit ceſſare ⁊ celebrari dies
dn̄ica. Tercio vtrū t̄ra canaā matial' cū ſuꝯ
fructib⁹ fuit p̄ciſe ꝓmiſſa filijs iſrl' in pre-
miū p̄ciſu3 ꝓpter obſuātia3 legis. Quarta
vtrū ihs xp̄s quē nos recepim⁹ fuerit ver⁹
meſſias i lege ⁊ ꝓp̄his ꝓmiſſ⁹ et expectat⁹
Quinta vtru3 ceſſante lege moyſi debuērit
ſuccedē lex euāgl̄ica quā xp̄s tulit et predi
cauit. In quibuſq3 q̄ſtiōib⁹ p̄ adducētur
ratiōēs et auctes quas iudei adducūt i cō-
trariū. ſecūdo i deciſione q̄ſtiōis declarabit̄
veritas et verus ſenſus auctoritatū induc
taꝝ ꝯfirmādo fide3 et veritate3 nr̄a3 et ea
que dicta ſt̄ in expoſitiōe pſalmoꝝ. tercio
aūt reſpōdebit̄ ad argumēta eoꝝ.

**Quantuz** ergo ad pri-
ma3 queſtio-
ne3 in qua q̄rit̄. vtrū lex moy
ſi fuerit mortua et debuērit ceſ
ſare p̄ aduentū xp̄i. Arguūt iudei moderni
q̄ nulloꝰ debuit ceſſare. ⁊ arguūt p̄ ſic. Illa
lex nunq̄3 debuit ceſſare q̄ ſufficienter fuit a
deo inſtituta ad iuſtificādū hoīe3 et tollen-
du3 oīe pc̄t3. lex aūt moyſi eſt hui⁹. igitur
nunq̄ debuit ceſſare. Maior eſt nota de ſe.
Minor ꝓbat̄ p̄ totū diſcurſu3 legis. nā cir
cūciſio data eſt i remediū et ad tollendu3
originale. Geneſis xvij. vbi dicit̄ q̄ caro q̄
circūciſa nō fuerit. peribit aīa illius de ꝓp̄lo
ſuo ⁊ c̄. Et ideo q̄n̄o ſacdos ſiue rabin⁹ cir-
cūcidit pueru3. dicit hec verba. ſ. B̄n̄s dn̄s
de⁹ iſrl' qui p̄ iſtā circūciſiōe3 liberauit iſtu3
puerū de inferno. Et ſic p3 q̄ deus ia3 dedit
circūciſiōe3 abrae ad tollēdu3 pc̄t3 origina-
le. Ite3 de⁹ i lege precepit offerri holocau-
ſta et ſacrificia ꝓ pc̄ō ſacerdotis et ꝓ pc̄ō
ꝓp̄li. Leuitici iiij. ymo ordinauit ſacrificia et
oblatiōēs iuxta differētiā et ꝯditiōe3 pc̄to
ru3 vt p3 p̄ totū diſcurſu3 leuitici. Ex quib⁹
p3 q̄ legalia ſuficienter tollebāt pc̄ta. ergo
nunq̄ debuerūt ceſſare.



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

¶ Secūdo arguūt q lex moyſi ſiue ipa le
galia nunq̄ fuerūt mortua cū xpo. naʒ illa
que ſūt eterna et data ſub fede eterno ſūt im
mortalia. ſʒ oīa legalia ſūt data ſub federe
ſēpitīno igit̄ ſūt immortalia et p ꝯñs nunq̄
fuerūt mortua. Maior pʒ. Minor ꝓbatur
per ſingla. naʒ p° circūciſio data fuit abrae
ſub federe ſēpiterno. geñ xvij. Iteʒ eſus a
gni paſchalis fuit precept⁹ cuʒ eſu azimoꝝ
in cultū eternū Exo xij. Itē imolatio agni
matutini et veſptini fuit mādata ſub obla
tiōe ſempitīna Exodi xxix. Iteʒ ꝑceptū ſab
bati in ſignū pactūqʒ ſēpiternū Exod xxxi.
Itē celebritas phaſe et pētecoſtes et cete
ruʒ feſtoꝝ in legitimū ſēpiternū Leui xxiij
et xxix.

¶ Tercio arguit̄ ſic. illa lex nō debet ceſ
ſare q̄ fuit ꝓmiſſa ſub iureiurādo et pacto
ſanguis effuſi. lex aūt moyſi ē hui⁹. igitur
nō pōt ceſſare. Maior ꝓbat̄ naʒ alr̄ de⁹ eēt
cauſa tranſgreſſiōis iuriſiurādi. Minor pʒ
exo xxiiij. ubi totus pp̄ls ꝯgregatus dixit.
Oīa q̄ locut⁹ ē dñs faciem⁹ et erim⁹ obedi
entes. vnde moyſes occidit xij. vitlos iux
ta numeꝝ tribuū filioꝝ iſrl'. et dimidiā ptē
ſanguis aſpſit ſup altare et alterā pteʒ aſp
ſit ſup pp̄lʒ dicēs. hic ē ſanguis federis qd pe
pegit dñs vbcū ſup cūctis ſmōib⁹ his ꝛ c̄.
Ex qb⁹ pʒ q ſic pp̄ls ſub fede ſanguis ꝓmi
ſit ſuare legē ineternū/ ita de⁹ ſub eodē fede
ꝓmiſit nunq̄ mutare legeʒ.

¶ Quarto arguit̄ ſic. Illa lex nō pōt ceſſa
re nec mutari cui nichil pōt addi nec dimi
nui. Lex aūt moyſi ē huius. igit̄ et c̄. Ma
ior pʒ. Minor pʒ de Deut̄o iiij. ubi dñs dicit
Nō addetis ad verbū qd loqr vb nec aufe
retis ex eo et c̄. ¶ In oppoſitū ē in hyere.
xxxj. In dieb⁹ illis feriā domui iacob fed⁹
nouū. nō ſm pactū qd pepegi cū pr̄ib⁹ eo
ruʒ qñ eduxi eos de terra egipti. Sʒ dabo
legeʒ meā in cordib⁹ hoīuʒ et in viſceribus
eoꝝ ſcribaʒ eaʒ et c̄. Ex quib⁹ pʒ q illa lex
data p⁹ exitū egipti debebat ceſſare et alia
noua ſuccede. qr qd ſeneſcit nēce ē i īteritū
tende. Ad hebre viij. Reſpōdeo. In hac q
ſtione erūt tres articl'i. naʒ in p° videbit̄ an
opa legis poterāt p ſe tollere pcīʒ et iuſtifi
care hoīeʒ ſimplicit̄. In ij° videbit̄ an oīa
legalia et cerimonialia fuerit ſiml' mortua
cuʒ xpo. In iij° videbit̄ p quē modū legalia
data fuerūt ſub federe ſempiterno.

¶ Quātū ergo ad pmū articlʒ. Eſt prea
uertēduʒ q ad hoc q aliq̄ lex vere iuſtifi
cet hoīeʒ ſimplr̄ oportet p° q tollat pcīʒ et
libet hoīeʒ a ſuitute pcīi et a debito. ſecūdo
q reddat ipʒ carū et aceptū et dignū vita
eterna. Et tūc homo dicit̄ vere iuſtificatus
qr digne meret̄ vitā etnaʒ. qr g° homo ꝓpt̄
pcīʒ originale erat ꝑuat⁹ vita etna ꝛ ꝓpter
actuale erat obligat⁹ ad penā ſenſus etnaʒ
in inferno. et p ꝯñs ꝓpter vtrūqʒ pcīʒ erat
in odio et ira dei. ideo oportebat p° abſolui
ipʒ et purgari ab vtroqʒ pcīo. Scdo redu
ci in grāʒ dei et ꝯtificari ad vitaʒ etnaʒ cō
ſequēdā. His habitis pōit̄ p° ꝯ°. q circūciſio
nō poterat hoīeʒ de ſe abſolue a pcīo origi
nali et ſuitute. et reduce ipʒ i grāʒ dei. Et
facere ipʒ mitoriū et dignū vite etne. Li
cet aūt iſta ꝯ° ſit ꝓbata pe° xxxix. tn̄ hic ſpe
cialr̄ ꝓbat̄ p° ſic. Nunq̄ minia et vilioꝝ ps
hoīs pōt eſſe ſufficiēs preciū ad abluēduʒ
totū hoīeʒ a ſuitute et ꝯdēnatiōe pcīi. ad
qd totus homo q° ad corp⁹ et aīaʒ obliga
bat̄. ſʒ illa pellicla q̄ ſcindebat̄ et ille modic⁹
ſanguis q̄ effundebat̄ in circūciſiōe erat
minima ps corporis et viliſſima reſpectu
aīe. ergo nō erat ſufficiēs preciū ꝓ toto ho
mīe maxie q° ad aīaʒ. et p ꝯñs nō potat cā
redimire nec libare a debito. Scdo ſic. To
tus ille hō erat obligat⁹ ad ſuitutē pcīi et
erat i ira dei q° ad corpus et aīaʒ. g° illa pti
cula et pellicla et ille modicus ſanguis ita
erat obligat⁹ pcīo et erat i ira dei ſic totus
homo. g° nō poterat ſatiſface ꝓ pcīo toci⁹
nec reduce in grāʒ dei nec mitigare irā dei
Oportebat g° q illd preciū eēt ſufficiēs et
deo gratū et acceptū. Et ſic pʒ q illa circū
ciſio nō potat de ſe ſatiſfacere nec liberare
hoīeʒ a pcīo.

¶ Secūda ꝯ° q nec aīalia in lege imolata

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana

et ſacrificata nec cetera ſacmēta legis veteris poterant ꝑ pctō ſatiſface nec hoīez a pctō mortali liberare. ꝓbatur. Naȝ illa ſacrificia et ſacmēta nō ꝯtinebāt in ſe tantuȝ preciū vt poſſēt ſolue ꝑ pctōre cū eſſēt aīalia bruta. et ꝑ ꝯñs nō poterāt deū placare ⁊ pctōrē deo recōciliare. Nā preciū ſatiſfactiuū et placatiuū debȝ ēe de ꝑ ſe deo gratuȝ et debet tenē mediū int̄ deū et hoīeȝ pctōrē Et ꝑ ꝯñs debȝ ēe meli⁹ quocūqȝ hoīe ⁊ minus deo. et de ꝑ ſe tā bonū et puȝ ꝙ ſit deo ita carū et acceptū ꝙ ei⁹ medio et interceſſiōe de⁹ moueaꝰ ad miſendū et remittēdū debitū pctōrib⁹ et toto mūdo. Sȝ oīa aīalia ī lege occiſa erāt minora et inferiora hominib⁹ in precio et dignitate. Et ſic nll'ȝ ꝯueniēs et ſufficiēs preciū ī ſe cōtinebāt. ḡ nō poterāt hoīeȝ iuſtificare ī ꝓpria ūtute. Hāc aūt ꝯñeȝ ꝓbat apl'us ad Ro. et ad Gala. et ad Hebre. ꝑ totū dicēs ꝙ nō ex opib⁹ legis ſaluabitur omis caro et c̄.

¶ Tercia ꝯ̄ ꝙ ſola paſſio xp̄i fuit ſufficiēs preciū ad ſatiſfaciēdū ꝑ omi pctō et ad iuſtificādū oēȝ hoīeȝ ad merēduȝ vitā eternā Probaꝰ. nā ſoluȝ illd̄ ſacrificiū erat ſufficiens ad redimēdū totū gen⁹ hūanū qd̄ ī ſe cōtinebat preciū īfinitū et erat de ſe liberuȝ et imune et nll'i pctō obnoxiū et de ꝑ ſe deo carū et acceptū tenēs mediuȝ in dignitate inter deū et hoīeȝ. Xp̄s aūt eſt hui⁹. ḡ hoc ſacrificiū et ei⁹ paſſio fuit ſufficiēs ad redimēdū oēȝ hoīeȝ ab omi pctō. Maior patet per ea q̄ dicta ſꝰ. Minor ꝓbaꝰ. naȝ xp̄s erat primo de⁹ et homo. ḡ licet inq̄ntū de⁹ eſſet eq̄lis p̄ri. tñ inq̄ntuȝ homo erat minor p̄re et melior omi hoīe ī dignitate et ūtute. et ſic erat ſufficiēs mediator et preciū erat ei⁹ infinitū in valore ratiōe diuinitatis. Et inquātū homo erat liber ab omi pctō in naꝰa et ī pſona. et ſic erat ꝯueniēs oblatio ꝓptē puritateȝ et īnocētiā. et erat deo carū et acceptū ſacrificiū ꝓpter īmenſaȝ caritateȝ et obediētiā vt dictuȝ eſt pō xxix. ḡ ſeqtur ꝙ ei⁹ paſſio fuit deo cara et accepta et ſufficiēs ad placādaȝ irā dei et recōciliādū genus hūanū cū deo et ſatiſfaciēdū pro pctō.

¶ Quarta ꝯ̄ ꝙ ſola ſacmēta noue legis ꝯ̄ ſe poſſūt tollere pctā et ꝯferre grāȝ et iuſtificare hoīeȝ. ꝓbaꝰ. naȝ ſola ſacmēta noue legis ſꝰ inſtrumēta realꝛ ꝯtinētia ūtutē et preciū paſſiōis inſtituta ad tollēda pctā et ad ꝯferēdū grāȝ et iuſtificādū hoīeȝ: ḡ ⁊c̄ hoc ꝓbaꝰ. naȝ cauſa q̄re ſacrificia et ſacmēta veteris legis de ꝑ ſe nō poterāt hoīeȝ iuſtificare nec ꝑ ſe tollere pctā. erat/ qꝛ nō cōtinebāt realꝛ xp̄ȝ nec preciū paſſiōis ei⁹. ſȝ ſacmēta noue le. aut ꝯtinēt realꝛ xp̄ȝ ſic eucariſtia. aut ꝯtinēt pciū ⁊ ūtutē paſſiōis ei⁹ ſic babtiſm⁹ et ꝯfirmatio et pñia et cetera ſacramēta. Et ideo illico efficiūt et ꝯferunt grāȝ inuiſibileȝ quā viſibilꝛ ſignificāt. Et illico ſoluūt ꝑ pctōre qꝛ xp̄s opaꝰ ꝑ eccl'iaſtica ſacramēta tanꝙ ꝑ manuale inſtrumētū ꝯtinēs ūtualꝛ preciū et theſaurū paſſionis ei⁹. ñ ē āt ſic dicēdū de ſacrificijs et ſacmētis veteris le. in quib⁹ nō erat xp̄s realiter nec ei⁹ paſſio. ſȝ ſolū tanꝙ ī ſigno inquātū illa erāt figura xp̄i ī cruce imolādi Jdeo nc de p̄nti efficiebāt grāȝ quā ſignificabāt nec ſoluebāt preciū redēptiōis qd̄ figabāt per xp̄ȝ in cruce ſoluēdū. Non ē ſic de ſacmēti noue le. qꝛ illico efficiūt qd̄ ſignificāt eo qd̄ realꝛ cōtinēt preciū paſſiōis xp̄i. Naȝ ſacramētū eucariſtie in q̄ xp̄s realꝛ ꝯtineꝰ illico ꝑ ſe cōfert grāȝ recipiēti diſpoſito. et recōciliat ipȝ deo. et oēs ꝑ quib⁹ offertur recōciliāt deo niſi habeāt obiceȝ. Et baptiſmus illico ſoluit preciū paſſiōis xp̄i ꝑ baptizato et pñia ꝑ pctōre penitēte et c̄. Et ſic iſta ſacramēta illico efficiūt hoīeȝ dignū vita eterna et iuſtificat illū. Jdeo decedēs hō illico euollat ad celū ī ūtute paſſiōis x̄ quā recepit per ſacmēta. Et ſic in cōfirmatiōe illico danꝰ dona grāꝝ ſpūs ſcī. Cauſa ḡ q̄re ſacramēta no. le. illico efficiūt qd̄ ſignificāt cuȝ cōferūtur. eſt qꝛ ꝯtinēt realꝛ ipȝ xp̄ȝ aut virtuteȝ et preciū paſſiōis ei⁹/ eo qd̄ fluxerūt a paſſiōe xp̄i. Et cauſa q̄re ſacmēta et ſacrificia ve. le. hoc nō faciebāt erat qꝛ nō continebāt realꝛ preciū et ūtuteȝ paſſiōis xp̄i.



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

quia nō fluebāt ab ea ſ; ſignificabāt paſſio
ne; xpi futuram.
¶ Quīta ꝯ ꝙ per ſolā; fidē de xp̄o futuro
oēs fidelſ et pres ve. te. fuerūt iuſtificati ⁊
a pctis abſoluti. hāc ꝯne; ꝓbat apl̄s ad he
bre. xj. Vnde enumerat oēs pricipales pres
ve te. incipiēs ab abel ꝓbādo ꝙ oēs illi per
fidē xp̄i futuri paſſi ſt ꝑſecutiōes et opati
ſūt iuſticiā. ſ; nō potuerūt cōſequi re ꝓmiſ-
ſiōes niſi p xp̄;. Vnde oēs illi p fidē xp̄i fu-
turi fcti ſt mēbra xp̄i. na; l; xp̄s nō dū ve-
niſſet tn̄ ia; erat eis credit⁹ et ia; expecta-
bāt redimi ab eo. Et ideo tanꝙ mēbra xp̄i
ia; meruerūt pticipare paſſione; xp̄i. q2 ſub
tali fide abſoluti ſt a pctō. hāc ⁊ ꝯne; ꝓbat
apl̄s ad Ro. iiij. et ad Gala. iij. na; abraam
anteꝙ reciperet circuncisionem iam fuerat
iuſtificat⁹ dū erat in pꝑputio p fidē. eo q2
credidit deo qn̄o ad p̄ceptū dei exijt de tra
ſua et venit i terra canaa;. et qn̄o ſuſpiciēs
in celū credidit ſemē ſuū ſpūale mltiplican
dū p xp̄; ſic ſtellas celi. Et ideo q2 credidit
reputatū ē ei ad iuſticiā vt p; gene. xv. Ex
quo p; ꝙ p ſolā fide; xp̄i futuri ſaluati ſūt
patres veteris teſtamēti.
¶ Sexta ꝯ ꝙ l; in circūciſiōe tollebaꝫ pc̄m
originale i ve. te. tn̄ nō i ūtute circūciſiōis
ſ; in ūtute fidei xp̄i futuri. Iſta ꝯ hēt tres
partes. Prima pars eſt credita toti eccie. ſ.
ꝙ originale tollebaꝫ in circūciſiōe. vt p; p
auguſtinū et bedā ⁊ magiſtrū iiij ſniaꝝ di
ſtinctione prima. Secūda ps ē ꝓbata p pri
ma; et ſecūdā ꝯne; q2 illa circūciſio nō cō
tinebat ſufficiēs preciū pro pctō nec ad pla
cādu; deū nec iuſtificādū hoie;. ḡ ſequiꝫ ꝙ
pc̄m i illa circūciſiōe tollebaꝫ in ūtute fi-
dei xp̄i futuri et i ūtute future paſſiōis xp̄i
ſub cui⁹ fide et pteſtatiōe dabaꝫ et fiebat
talis circūciſio. Et ſic ē dicēdu; de ſacrifi-
cijs ve te. q2 l; in oblatiōe illoꝝ ſacrificio-
ru; q̄ offerebātur tollerenꝫ pcta actualia il
lis p quib⁹ offerebanꝫ. tn̄ nō in ūtute illoꝝ
ſacrificioꝝ et aīaliu; brutoꝝ. q2 nō cōtine-
bāt tāle preciū vt ſatiſfacerēt p pctō et recō
ciliarēt pplꝫ deo p ſe. ſ; talis iuſtificatio fie

bat in ūtute fidei quā habebāt offerētes de
paſſiōe xp̄i futuri. quecūꝫ paſſio xp̄i figabaꝫ
per illa ſacrificia. Iſta ei. ꝯ ꝓbaꝫ nā abraa;
nō fuit iuſtificat⁹ p circūciſione; quā acce-
pit. ſ; p fidē quā hūit i pꝑputio. hoc ide;
ꝓbaꝫ na; ut ait ioſeph⁹ libro antiqtatū ſar
raceni deſcēdētes ex iſmaele. qui ſe ſarra-
cenos falſe appellāt oēs circūcidebanꝫ. put
didicerūt a prīb⁹ ſuis. tn̄ nō eſt dicēdu; ꝙ
illa circūciſio ꝯferret eis grā; eo q2 nc̄ erāt
in eis ſignacl; fidei nec dabaꝫ eis ſub fide xp̄i
futuri. Et ſic p; ꝙ circunciſio non tollebat
pc̄m i antiqs. ſ; fides cui⁹ illa circūciſio e-
rat ſignū vt patebit. Et ideo circūciſio an-
tiqꝝ de ſe nllius valoris erat ad tollendu;
pc̄; niſi ratiōe fidei cōferētis. Ideo erat ne
ceſſaria fides ꝯferētis. cui⁹ rō erat. q2 illa
circūcio nō cōtinebat realr̄ merita paſſiōis
xp̄i. S; ſec⁹ ē de baptiſmo qui realr̄ ptinet
ūtutē et merita paſſionis xp̄i. Et iō in caſu
neceſſitatis abſq; fide miniſtri p̄ ꝯferri. vn̄
ſi nll⁹ fidelis reperiꝫ tūc in tali caſu hereti
cus ul̄ ciſmatic⁹ ul̄ iude⁹ pōt baptizare fm
yſidoꝝ. Et p; de cōſecra. di. iiij. Romanus
pōtifex. Itē cap ſeqnti a quodā iudeo. Ite;
hoc ide; p; de athanaſio de q̄ legiꝫ in x. li.
eccīe yſtorie. qꝯ alexander ep̄s alexādri-
nus rediret de eccia ad domū cū clero ſuo
vidit ludū pueroꝝ filioꝝ paganoꝝ et gē-
tiliū. q̄ in illo ludo vollētes xp̄ianos imita
ri cōſtituerūt inter ſe athanaſiu; pueꝝ xij.
ānoꝝ i ep̄; quidde; athanaſi⁹ nō baptiza-
tus baptizauit oēs illos pueros in forma
eccīe. Vidēs aūt ep̄s cū clero illū ludū vo-
cauit ad ſe oēs illos pueros petens ꝙ ſibi
vellet ille ludus. pueri aūt narrarūt ep̄o to
tu; caſu; geſtū. ſ. qualr̄ athanaſi⁹ fict⁹ et ſi-
mlat⁹ ep̄s eos oēs baptizauerat ſub tali for
ma. tūc ep̄s iformat⁹ diligēter de miſterio
determinauit ſiml̄ cū clero qualr̄ oēs illi pueri
erāt veri xp̄iani et nō erāt itez baptizādi po
ſtꝙ i forma eccīe erāt baptizati licet a pue-
ro nō baptizato. Et tūc ep̄s cepit athanaſi-
um et baptizauit eu;. eo q2 nō erat baptiza
tus. licet alios pueros baptizauerat. Et ſic

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

eps nutriuit athanaſiũ in fide ⁊ ſcia et doc
trina catholica ꝗ poſtea fuit exim⁹ doctor
et eps alexãdrin⁹ ſucceſſor ſui magiſtri. Ex
quo pꝫ ꝙ nõ baptizat⁹ et infidelis põt bapti
zare. et ratio ẽ iſta/ qꝛ merita paſſionis xpi
cõtinẽtur realr̃ ĩ baptiſmo ⁊ cetis ſacmẽtis
nõ ꝙ ſacmẽta creent grãꝫ nec ſint cauſa ef
fectiua eiuſdẽ/ ſꝫ ſꝫ ꝗ quedã vaſa medicina
lia ſm̃ vgoneꝫ ĩ quib⁹ ꝯtinent̃ v̾tus ⁊ me/
rita paſſiõis xpi. Et ideo ſacdos nõ ꝯcurrit
ad ſacramẽta n̄ tanꝗ miniſter. Vñ ſic dñs
p̄cipit fuo vt ſummat ciſuꝫ et hauriat vi/
nuꝫ de vegete ſua et det potũ ceteris. ita ſa
cerdos et miniſter ex dei p̄cepto cũ vaſe ſi/
ue ciſo ſacramẽtali haurit merita paſſiõis
xpi ex celario eccie et ꝓpinat potuꝫ grẽ et
ſcificatiõis fidelib⁹ xpi. vñ p baptiſmũ tan
ꝙ p cyfuꝫ ſiue tanꝙ cũ cyfo ꝓpinat medi
cinã ꝯtra originale et p pñiaꝫ cõtra actua/
le. quedꝫ medella ſimr̃ purgat et ſcificat
et ĩtificat. ſec⁹ aũt erat de circũciſiõe qꝛ nõ
erat ſic inſtrumẽtũ grẽ qꝛ nõ ꝯtinebat rea
liter v̾tutẽ paſſiõis xpi ſꝫ tñ in ſigno inqn
tuꝫ ſignificabat illam.

¶ Septima ꝯ ꝙ circũciſio nõ dabat̃ ĩ pre
ciuꝫ p pctõ ſꝫ in ſignũ precij et pacti ſiue in
ſignuꝫ fedis. Prima ps pꝫ p ſupdicta quia
nõ ꝯtinebat p̄ciũ paſſiõis xpi nec erat ma
nuale inſtrumẽtũ ſcificãdi nec ꝯferẽdi gra
ciaꝫ nec ꝓcedebat nec fluebat a paſſiõe xpi
ſꝫ figurabat tm̃ ipaꝫ vt dictũ ẽ. Scda autẽ
ps ꝓbat̃ geneſis xvij. vbi dicit dñs abrae
Ponã pactũ meũ int̃ me et te et c̃. Circũci
detis carnẽ prepucij vr̃i ut ſit ſignuꝫ fedis
inter me et vos et c̃. ꝓpt̃ q̃ verba dicit apl's
ad roma iiij. et ad gala iij. ꝙ habraã nõ ac
cepit circũciſſiõeꝫ ad iuſtificationẽ et gra/
ciaꝫ. qꝛ iaꝫ ante ĩ preputio p fidẽ fuerat iu/
ſtificat⁹. ſꝫ accepit eã in ſignacl'ꝫ fidei et ĩ ſi
gnũ fedis futuri. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt
valde nõdũ ꝙ illa circũciſio ſortiebat̃ qn
cuplex ſignũ. Primo ſignũ diſtictiuũ ĩ qn/
tuꝫ diſtiguebat illũ ꝓlꝫ a ceteris natiõibu⁹
p tĩe ſignũ carnal' circũciſſiõis. qꝛ ſolus ille
ꝓl's gerebat circũciſiõeꝫ in carne. Secũdo
erat eis ſignũ figuratiuũ qꝛ figurabat paſ
ſionẽ xpi futurã per effuſionẽ illi⁹ modici
ſanguis. Et ſigabat ⁊ ſigificabat abſciſiõꝫ
p̄pucij cordis ꝓut dr̃ deuto. x. circũcidite p̄pu
ciuꝫ cordis veſtri. Et ſic figurabat abſcio
pctĩ per abſciſionem illius pellicule. Ter/
cio ſignificat qddã cẽſuale tributũ. Quar/
to ſignificat fideꝫ cõferẽtis et recipiẽtis
quã habebat de xpo futuro. Quĩto ſignifi
cabat preciũ p xpꝫ in cruce ſoluẽdũ. Et ſic
erat ſignũ fedis et pacti et ſignũ precij fu/
turi. Ad cui⁹ intellectũ ẽ vlteri⁹ valde nõn
dũ ꝙ illd ſignũ fedis et pacti erat ſimile fe
deri et pacto bellatoruꝫ et negociatoꝝ qd
obſuãt inter eos. Exẽpli grã. naꝫ qñoqꝫ ac
cidit ꝙ vn⁹ miles capit aliuꝫ ĩ bello/ quid/
deꝫ capt⁹ de iure belli eſt ſu⁹ alteri⁹ et ſic ẽ
pecunia redimẽdus. Sꝫ qñꝫ accidit tĩe pac
tuꝫ et fedus int̃ eos ꝙ ille q eſt redimẽd⁹
promittit victori ſub fide et pacto dare pe
cuniã ⁊ p̄ciũ redẽptiõis ĩ tĩi tp̄re futuro. ſꝫ
de pñti dat ſibi ãnulũ aut cyrografuꝫ ma/
nu ſua ſcriptũ ĩ ſignũ fedis et precij fuctu/
ri ſoluẽdi. et ſic victor pmictit ipꝫ liberatũ
abire. tũc manifeſtũ ẽ ꝙ ille anl's traditu⁹
ſiue illd cyrogr̃fuꝫ nõ fuit ſolidũ p̄ciũ redẽ
ptiõis. ſꝫ ſignũ fedis et futuri precij ſoluẽ/
di et ꝓmiſſi. Itẽ qñꝫ accidit ꝙ vn⁹ merca/
tor emit ab altero equũ uel nauẽ plenã mr̃
cibus. Et illico de pñti tradit ſibi vnũ duca
tuꝫ aut ſlorenũ ĩ ſignũ p̄cij vt vẽditio ſit fir
ma et rata. et illico recipit merces ꝓmitẽs
infra mẽſeꝫ uel ãnuꝫ ſoluere totũ preciuꝫ.
Tũc manifeſtũ ẽ ꝙ nec emptor dedit nec
venditor acceptauit illũ ducatũ in ſoliduꝫ
preciũ ſꝫ in ſignũ fedis et ĩ ſignũ precij ſol
uẽdi in tp̄re ſtatuto ſub fede et pacto inter
eos ꝯpoſito. que dicit̃ qdaꝫ arra. Ita ĝ pit
in ꝓpoĩto ẽ dicẽdũ ꝙ cũ totus homo quo
ad corp⁹ et aiaꝫ ꝓpt̃ pctꝫ eẽt ad mortẽ et ſ̾
uitutẽ eťnaꝫ ꝯdenat⁹ et ĩ poſſe diabli detẽ/
tus. oportebat ipꝫ iuſto ⁊ ſufficienti p̄cio
redimi. qddꝫ preciũ qꝛ totũ gen⁹ hũanũ
debebat redimere/ oportebat vt excedet in
valore ⁊ dignitate totũ gen⁹ hũanũ ſimul



quid eſt circũciſionem dari in ſignũ fidei et in ſigniũ futuri federis

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

et eſſet puꝝ et naturalꝫ libeꝝ ab om̄i pc̄to et deo gratū de ꝑ ſe et acceptuꝫ. ſꝫ tale non poterat eſſe n̄ paſſio xp̄i vt dictū ē. q̄ nll'ꝫ aliud p̄ciū erat ſufficiēs. Sꝫ qꝛ miſericors deus ab inicio ſtatuerat redim̄re hoīeꝫ ꝑ xp̄ꝫ et ei⁹ paſſionē ideo fecit pactū et fed⁹ cū abraam et ſemini ſuo. vt ī ſignū federis et precij futuri per xp̄ꝫ ī cruce ſoluēdi circūcideret ſe et oēs poſteriores. ⁊ de p̄nti daret deo ⁊ offerret illā circūciſiōeꝫ ī ſignū precij futuri ꝑ xp̄ꝫ ſoluēdi ī cruce. Vn̄ ſic miles nō remittit fuū ī v̄tute ānuli nec vēditor tradit merces ipi emptori in v̄tute illi⁹ floreni dati in ſignū ſꝫ in v̄tute fidei q̄ ꝓmittit ſoluē in tēpore ſtatuto. ita de⁹ nō remitebat pc̄ꝫ in v̄tute circūciſiōis. ſꝫ in v̄tute fidei ſub q̄ dabaꝛ illa circūciſio. Et ideo dicit ap̄ls q̄ illa circūciſio nō erat n̄ ſignaculꝫ illi⁹ fidei et federis qꝛ ꝑ tlēꝫ obediētiā oñdebāt fidē quaꝫ habebāt ātiq̄ de x̄ et ei⁹ paſſiōe. Et ſic ſb tl'i fedē et pacto illico filij abrae liberabanꝛ et abſoluebātur a pc̄to. Ex quib⁹ pꝫ q̄ de⁹ nō acceptabat illā pellicl'aꝫ q̄ abſcindebaꝛ nec illū modicū ſanguīeꝫ q̄ effūdebaꝛ īſolidūꝫ et ſufficiēs preciū ꝑ redēptiōe illoꝝ. ſꝫ ī ſoluꝫ ſignū p̄cij futuri ſoluēdi ꝑ xp̄ꝫ. Et ſic et p̄res et fidel's ve. te. nō dabāt illā pellicl'aꝫ et ſanguīeꝫ circūciſiōis īſolidū preciuꝫ pro pc̄to ſuo. ſꝫ ī ſignū futuri precij inq̄ntū promittebāt ⁊ ꝓteſtabātur ſoluē ī xp̄o capite ſuo et redēptore vniu'ſali. Et ſub tl'i pacto et fedē abſoluebātur et remitebanꝛ de preſenti. ſꝫ ſemꝑ manebāt debitores ī xp̄o. Et hoc fuit pactū et fed⁹ ſub q̄ abraaꝫ accepit circūciſiōeꝫ ꝑ ſemine ſuo. Et hoc intendebat dicere de⁹ et hoc ſonāt verba ſua cū dixit. hoc ē pactū meū qd̄ obſuabitis inter vos et ſemē tuū p⁹ te circūcidet ex vob̄ om̄e maſculū et circūcidetis carneꝫ p̄pucij vr̄i vt ſit ſignū fedēis īter me ⁊ vos. et ita maſcl's cuius caro circūciſa nō fuerit ꝑibit aīa illa de ꝑpl'o ſuo qꝛ pactū meū irritū fecit. qd̄ declarās aug⁹ xvj. de ciuitate dicit. q̄ intelligit qꝛ irritū fecit pactū dei q̄ño peccauit ī adaꝫ quaſi dicat. aīa cuiuſcūq̄ hoīs peccauit in

adaꝫ qꝛ irritū fecit pactū meū de fructu ꝓhibito nō veſcēdo. vn̄ oīs homo māſit ſeruus pc̄ti. ideo pono tecū pactū ⁊ fed⁹ vt circūcidaꝛ oīs maſcl's ī ſignū fedēis. et ego accipiā illā circūciſiōeꝫ nō ī preciū ſꝫ ī ſignuꝫ p̄cij et ī ſignū fedēis. vt vnuſq̄ſqꝫ circūciſus ꝓmittat ſoluē preciū ſolidū ⁊ validū ꝑ xp̄ꝫ. Et ſub tali fedē abſoluā illū a debito fuituris in cui⁹ v̄tute remittebaꝛ pc̄ꝫ. Aliť aūt ꝑibit aīa illa qꝛ ſēꝑ maňet obnoxia pc̄to primoꝝ p̄rētuꝫ. Et pꝫ q̄ talis circūciſio nō dabaꝛ n̄c fiebat n̄ ī fide ꝯferētis et recipiētis

¶ Octaua ꝯ̊ q̄ ſic illa circūciſio nō dabaꝛ in p̄ciū ꝓ pc̄to originali ſꝫ ī ſignū fedēis et precij futuri. ita p̄ť ſacrificia et oblatiōes ve. le. nō offerebanꝛ inſolidū p̄ciuꝫ ꝓ pc̄tis actualib⁹ ſꝫ ī ſignū federis et p̄cij futuri in quātū illi ꝓmittebāt ⁊ ꝓteſtabanꝛ ſoluere ꝑ xp̄ꝫ. Et ſub tl'i fedē et pacto de⁹ acceptabat illa ſacrificia. et deus abſoluebat eos a pc̄to ⁊ debito. qꝛ illa ſacrificia et oblatiōes n̄ ī ſe realꝫ ꝯtiebāt p̄ciū ſꝫ ſolū fiebāt ī ſignū ⁊ figurā. Et id̄ data ſť ī quīcuplex ſignū ſic circūciſio. ſ. ī ſignū diſtinctiuū. et ī ſignū figuratiuū futi ſacrificij et fut̄e redēptiōis et ī ſignuꝫ cēſualis tributi ⁊ feudi. qꝛ erāt q̊dā tributū et cēſ⁹ quē ſoluebāt. Quarto in ſignū fidei quā de x̄ futo hēbāt. Quinto in ſignū pacti ⁊ fedēis et ꝓteſtatiōis et precij ſoluēdi ꝑ xp̄ꝫ ſicut dictū eſt.

¶ Nona ꝯ̊ q̄ ſic circūciſio et ſacrificia et ceťa legalia legis moyſi nō offerebanꝛ in p̄ciū ſꝫ ī ſignū p̄cij. ita p̄ť ſacrificia et oblatiōes ipi⁹ abel et enoch et noe et iob ⁊ melchiſedech et abraā ⁊ alioꝝ fideliū legis nature nō offerebātur ī p̄ciū ſꝫ ī ſignuꝫ fedēis et p̄cij futuri ꝑ xp̄ꝫ ſoluēdi. Et illa ſacrificī erāt q̊dā ſigna fidei illoꝝ quā de x̄ futo habebāt. nā ſm aug⁹. ī libro cur de⁹ hō. deus ipi adā ꝓmiſit xp̄ꝫ de v̄gīe naſciturū. ⁊ ipſū redēpturū ut ſi de iſtāti miſia doleret. tn̄ de ſuo ſuecqꝫ poſteritatis remēdio iā de lōginq̄ gaudet. vera itaqꝫ ratōe didiſcim⁹ et inq̄ aug⁹ q̄ ab adā dn̄i p̄ſtolabaꝛ aduēt⁹ et c̄. Et ſic ē dicēdū q̄ ille angl's q̄ expulit adaꝫ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



de paradiſo docuit eū modū colendi et exi
bēdi latriā deo ⁊ offerēdi ſacrificia ī ſignū
futuri p̄cij et in ſignū futuri ſacrificij x̄.Et
ſic adā docuit abel ⁊ oēs filios et nepotes
Et ſic ſub tali fede abel offerebat agnū ex
p̄miciꝭs gregis geñ iiij̊.et ſub tali fide enos
incepit īuocare nomē dō q̄ ē ihs ūbū incar
natū.Et ſb̄ tali fide enoch faciēdo bōa opa
placuit deo ⁊ dñs tulit eū gene.v. et trāſla
tus ē in padiſuz. eccīaſti.xliiij̊.Et ſub tali
fide fabricauit archā noe ex precepto dñi.
Et edificauit altare et obtl'it de aīalib⁹ mū
dis ī ſignū fedis et precij futuri.geñ viij̊.
Itē ſub tali fide et fede abraā exiuit de t̄ra
ſua et venit ī t̄ra canaā ex p̄cepto dō et he
dificauit altare ī bethel et obtl'it ibi ſacrifi
ciū ⁊ īuocauit nomē dō.geñ xij̊.Itē ſub tl'i
fede et fide melchiſedech obtl'it panē et vi
nū deo celi excelſo geñ xiiij̊.Itē ſub tl'i fide
et fede ī ſignū futuri p̄cij iob offerebat ſacri
ficia p̄ pctīs filioꝝ.iob p̊.Et ſub tali fide ⁊
ſpe dixit iob cap̊ xix̊.Credo q̄ redemptor
me⁹ viuit et de t̄ra ſurrectur⁹ ſuz et rurſus
circūdabor pelle mā et ī carne mea videbo
ſaluatorē meū.Et ſic pʒ q̄ p̄res ve.te.tam
legis nat̄e q̄ ſcript̄e ſaluati ſt̄ p̱ ſolaʒ fidē
xpi fut̄i inquātū per illā fidē efficiebātur
mēbra xpi et iō tā p̱ticipabāt m̄rita paſſio
nis ei⁹ qb⁹ pctā ſunt remiſſa.Et iō in xp̄o
capite ſuo nōcū accepūt re p̱miſſiōes ad he
bre.xj.Et ſic pʒ q̄ oīa ſacrificia et oblatio
nes p̄rū tā legis nat̄e q̄ ſcript̄e nō erāt n̄
q̄dā ſignacl'a fidei offerētiū oblata ī ſignū fi
guratiuū et ī ſignū fedis et p̄cij futuri per
xp̄ʒ ſoluēdi q̄ oēs p̱teſtabant̄ et p̱mitte
bāt ſolue p̱ xp̄ʒ p̄ciū ſoldū ⁊ ſufficiēs.Vñ
p̱ talia opa p̱fitebāt̄ et oñdebāt fidē quā de
xp̄o hēbant et ſic erāt ſigna fidei coꝝ.Ex
quib⁹ oīb⁹ ſeqtur q̄ xp̄s ī cruce nō ſoluit
p̱ oīb⁹ p̄teritis n̄ tm̄ p̱ ill'a quib⁹ accepat
ſignacl'ʒ fidei et ſignuʒ fut̄e ſolutiōis aut p̱
ſacrificia et oblatiōes fctās ſub tali fide et
p̱teſtatiōe.ſic fuerūt fideles legis nature.
aut p̱ circūciſiōeʒ et cetā legalia ſic fuerūt
filij abrae ſm̄ p̱miſſiōeʒ et filij iſrl' q̄ fuerūt
ſub lege moyſi q̄ nō ſt̄ ſaluati p̱ opa legis
tm̄.ſʒ p̱ncipal'r p̱ fidē x̄ futuri ſb̄ cui⁹ fede
offerebāt oīa illa ī ſignū federis.ad roma
nos et galatas et hebreos.

¶ Decima ꝯ̊ q̄ p⁹q̄ baptiſm⁹ fuit iſtitu
tus p̱ xp̄ʒ oēs fidel'es ve.te.obligabant̄ bap
tizari.p̱bat̄ nā oēs accepāt circūciſiōeʒ ī ſi
gnū fidei et cuʒ p̱teſtatiōe p̄cij fut̄i.g̊ p⁹q̄
xp̄s ꝯtl'erat aq̄s v̄tutē regnatiuā et formā
ſacr̄mēto baptiſmi.Et baptiſm⁹ tā ꝯtinebāt
p̄ciū ſufficiēs qd̄ illi p̱miſerant ſolue in x̊.g̊
illico fuerūt obligati ſolue totum preciū p̱
fectū p̱ baptiſmuʒ p⁹q̄ oportunitas aderat
Et iō lʒ iohs baptiſta eēt circūciſus tn̄ fuit
babtizat⁹ p̱ xp̄ʒ et ita xp̄s baptizauit oēs a
pl'os ut credit̄ et miſit eos ad baptizādū iu
deos ī oēʒ ciuitatē et locū q̊ erat ip̄e vētu
rus vt pʒ mathe.x̊ ⁊ luce x̊.Et hoc fecit x⁹
ad oñdēdū q̄ oēs illi nō accepāt circūciſio
neʒ n̄ ī ſignū fidei et ī ſignū fedis et p̄cij fu
t̄i et ī ſignū illi⁹ baptiſmi ī q̊ erat ſufficiens
p̄ciū.Ex h̄c et ſeq̄t̄ q̄ ſi adā et abel ⁊ abra
aʒ et moyſes et dd̄ et cet̄i fidel'es ve.te.vixi
ſſēt uſq; ad baptiſmū x̄ oēs obligabāt̄ bap
tizari.q̄ ſub tali fide ⁊ fig̊a et fede recepāt
illa ſignacl'a circūciſiōis aut obtl'erūt ſacri
ficia et oblatiōes ī lege nat̄e et ſcript̄e.iō
xp̄s dicit̄ agn⁹ occiſ⁹ ab origie mūdi a.po.
xiij̊.

Sed ꝯtra oīa ſupdicta arguit̄.nā vt ait aug⁹ et pʒ iiij̊.ſnīa
ruʒ di.p̊.Ex q̊ fuit iſtituta circūciſio ī illo
p̱pl'o hoc voluit magnis et puul' ad abluto
neʒ originalis vetiſq; pctī ſic m̄ baptiſm⁹.
Itē beda q̄ ideʒ faciebat circūciſio qd̄ m̄
facit baptiſm⁹ n̄ q̄ nō ap̱iebat ianuā regni
celeſtis.g̊ ſeq̄t̄ q̄ circūciſio p̱ ſe tollebat ⁊
mūdabat origīale pctʒ.

¶ Ad hec aūt r̄ñdet̄ q̄ tā aug⁹ q̄ beda ſe
cū portāt r̄ñſiōes ſuas ī dictis ſuis nā iam
dictū ē q̄ ī circūſiōe tollebat̄ et remitebat̄
pctʒ origīale.ſʒ ex hoc nō ſeqtur q̄ illa cir
cūciſio eēt iſtrumētū manuale ꝯtinēs v̄tu
tē ⁊ m̄rita paſſiōis xp̄i ſic baptiſm⁹.Et idō
nō p̱ ſe tollebat pctʒ ſʒ ī v̄tute fidei ꝯferēti
Et iō nl'is extra legē poterat ꝯferre nec mi



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

niſtrare illô ſacĩmẽtũ i le.ve.nẽc p̱ hc hẽtur q̃ illô ſacramentũ ꝯfferret graꝫ. q̃ ſi gr̃a dabat̃ nõ n̄ p̱ fidẽ ꝯferẽtiũ et recipiẽtiũ cir ꝯciſiõeꝫ.q̃ opa legis n̄ iuſtificabãt p̱ ſe n̄ p̱ fidẽ xp̄i futuri. vñ hãc ꝯnẽ ꝓbat ap̄ls p̱ to tã ep̄laꝫ ad romanos et gala.et hebre.

Quãtũ ad ſcðꝫ articlꝫ tenebit̃ iſte or do. Naꝫ p̊ i gen̄ali ꝓbabit̃ qualr̃ lex moyſi fuit mortua ſimlr̃ cũ x̄.et p̱ ꝯn̄s tũc fi niuit curſuꝫ ſuum ⁊ ceſſauit ab efficio ſuo. Scðo hc idẽ ꝓbbiat̃ p̱ticlr̃ ð vno q̃qꝫ gen̄e p̄ceptoꝝ.et p̱ oẽs p̱tes legis. Primo g̃ eſt preſuponẽdũ ⁊ aduertẽdũ vt dictũ ẽ i ꝓlo go.q̃ lex vet⁹ mlt̃iplr̃ ꝯpat̃ ad xp̄ꝫ ⁊ legeꝫ euãg̃licã. Nã p̊ ꝯpat̃ ſicẽ mot⁹ ⁊ via ad ſuũ terminũ ſ̃nleꝫ. Scðo tãq̃ linee a circũferen tia ad cẽtrũ. Tercio tanq̃ acciẽtia ad ſbꝫ. Quarto ꝯpat eaꝫ aug⁹ ꝯ adũſariũ legis et ꝓphaꝝ ſicẽ officiũ ad ſuũ finẽ in artificiali bus. Itẽ q̃nto Rabi ſalõn ſup zacha. ꝯpat legẽ ⁊ ꝓphas ad meſſiã ſicẽ ſciaꝫ ad ſuũ obꝫ dicẽs.q̃ oẽs ꝓphe nõ ſt̃ locuti n̄ vſꝫ ad tp̄s meſſie. Sexto ꝯpat̃ tanq̃ ſignũ ad ſuã v̄ei tatẽ et ſignificatũ.vq̄ apoſtolus ad roma. ꝯpat eã ad xp̄ꝫ tanq̃ ꝯtractũ matrimonia leꝫ ad viꝝ. Octauo in ep̄la ad colo q̄. ꝯpat eã tanq̃ ꝯtractũ ⁊ cirog̃fuꝫ cẽſuale ⁊ debi toriũ ad creditorẽ. Et ſic xp̄s dr̃ t̃min⁹ ⁊ cẽ trũ ⁊ ſbꝫ ⁊ obꝫ toti⁹ le.ve.et dr̃ veritas.et vir.et creditor legis. Propt̃ oẽs g̃ iſtas cõ ditioẽs et opatioẽs ꝓbat̃.q̃ tota lex fuit ſi mlr̃ mortua cũ x̄. ꝓbat̃ g̊ p̊. q̃ tota lex fuit mortua inquãtũ fuit mot⁹ ⁊ via ad xp̄ꝫ.nã ſicẽ hitãtib⁹ exẽtib⁹ i maria ceſſat mot⁹. g̊ poſtq̃ lex p̱uenit ad xp̄ꝫ ceſſauit ⁊ fuit cũ eo mortua. Itẽ q̄ ſicẽ deſtructio ⁊ ſublato cẽtro deſtruũtur oẽs linee ad illud cẽtrũ t̃miate eo q̃ linea nõ pot̃ ẽe ſiñ pũcto t̃miante.cũ ſit de ei⁹ ẽe.ita mortuo x̄ mortua fuerũt oia legalia ad ip̄ꝫ t̃miata. Iteꝫ q̄ ſicẽ deſtructo ſbo deſtruũtur ⁊ deficiũt oia acciðẽtalia q̃ fũdant̃ i eo.ita mortua x̄ oia legalia mor tua ſt̃.eo q̃ xp̄s oia legalia ꝯpleuit. et toti legi voluit ẽe ſubiect⁹ q̃ iõ voluit legi ſu bici et oia oñia legis ſup̱ ſe ſumere.vt oia ſe cũ crucifiget et nos ab oñe legis liberaret

ad Gala iiij. Itẽ iiij ſicẽ hito fine arti⁹ ceſſat offiñ et oia q̃ ſt̃ ad finẽ. vt hita ſanitate ceſ ſant oia iſtrumẽta m̃dicalia et oẽs m̃delle. Ita f̃c̃a paſſiõe x̄ ceſſarũt oia ſacĩmẽta ⁊ ſa crificia et cerĩa legalia q̃ nõ fiebant n̄ tanq̃ officia ad xp̄ꝫ q̃ erat finis eoꝝ. Nã oia illa fiebãt i offiñ figatiuũ et oñſiuuꝫ tl̃is finis. Itẽ q̃nto ſicẽ hita ſcĩa ãcul⁹ obi ceſſat inq̃ſi tio ſcie ð illo obo.et hita ⁊ illata ꝯne ceſſat ſilogiſm⁹ et ceſſant p̄miſſe. Ita g̃ aduẽiẽte x̄ q̃ fuit obꝫ ⁊ ꝯ toti⁹ legis ⁊ ꝓphaꝝ ceſſa rũt oia legalia q̃ erũt ꝓpoſitiões p̄miſſe ꝯnũ euãg̃licaꝝ. Itẽ ſexto ſicẽ aduẽiẽte ſignifica to ceſſat ſignũ ei⁹.ita aduẽiẽte x̄ qui fuit ſi gnificatũ et veritas legis et ꝓphaꝝ. de ne ceſſitate ceſſauit lex et ꝓphe. ſicẽ aduenıẽte naui ad portũ ceſſat ſignũ qð faciebat ſpe clatoꝛ de ei⁹ aduẽtu. Et aduenıẽte p̱ncipio menſis ceſſabit clamoꝛ calẽdaꝝ rome. vt patebit. Et iõ poſtq̃ oia figãtia et dicta p̱ p̱haꝝ fuerũt ip̄leta i cruce.dixit xp̄s. Con ſumatũ ẽ.et ſic tradidit ſp̄ꝫ. Ad denõdꝫ q̃ oia cũ eo moriebant̃ et ſic ceſſauit lex ⁊ cla moꝛ ꝓphaꝝ. Itẽ vq̄. mortua fuit lex cũ x̄. inq̃ntũ erat q̃dã ꝯtract⁹ debitori⁹ et cyrog̃ fuꝫ cẽſuale obligãs illuꝫ p̄pl̄ꝫ ad xp̄ꝫ. vñ ſicẽ ꝯtract⁹ debitori⁹ f̃cis ad vitã creditoris rũ pit̃ et extiguit̃ et anll̃at̃ p̱ mortẽ creditõis Ita g̊ mortuo x̄ tota lex moyſi fuit mortua et extıcta ⁊ raſa/eo q̃ nichil aliud erat niſi qðdã cyrog̃fũ cẽſuale et ꝯtract⁹ debitori⁹ in q̊ tot⁹ ille p̄pl̄s ſe obligauat fuare illã le gẽ et oia illa p̄cepta q̃ tot⁹ ille p̄pl̄s ſe obli gauat fuare illã legẽ et oia illa p̄cepta uſꝫ ad mortẽ teſtatõis et creditõis.qð pꝫ exo xxiiij.nã cũ moyſes legeret volumẽ legis to tus p̄pl̄s reſpõdit dicẽs.oia q̃ locut⁹ ẽ dñs faciem⁹ ⁊ erim⁹ obediẽtes et c̃.vñ tũc mo yſes imolabit.xij.vitl̃os. Et tlit mediet̃atẽ ſanguĩs ⁊ aſp̄ſit ſup̱ altare.et alt̃aꝫ p̱tẽ ſup̱ p̄pl̄ꝫ dicẽs. Hic ẽ ſanguis f̃ed̃is qð dñs pe pegit ubcũ ſup̱ cũctis f̃moib⁹ his ⁊ c̃. Per qð moyſes voluit ſignificare q̃ illð f̃ed⁹ et pactũ ⁊ cyro g̃fuꝫ obligatiuũ nõ erat ſol uẽdũ n̄ p̱ ſanguĩeꝫ x̄ imolatõis q̃ erat futu rus de⁹ et hõ.nã p̱ hoc q̃ imdiã p̱tẽ ſangui

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



nis effudit ſup altare.voluit ſignificare q̃
de^9 cui fc̃a erat illa obligatio.fc̃is hõ erat
morit^s z ſanguie aſpgẽd^9.ſ3 p hoc q̃ aliã
ptẽ ſanguis ſpãſit ſup ppl'3.voluit ſignifica
re q̃ xp̃s p pp'lo erat moritur^9 et pprio ſan/
guie effuſo ip̃3 ppl'3 eẽt redẽptur^9 z libatus
Et ſic p3 q̃uo tota lex mÿſi nichil aliud erat
ñ qd̃dã cyrogr̃fũ et ɔtract^9 debitozi^9 z obl/
gatozi^9/uſ3 ad mortẽ x̄.Et p ɔñs fuit exti/
ct^9/z raſus z rupt^9/z mortu^9/z crucifixus
ſiml' cũ x̄.Et p ɔñs nll's iã tenet̃ ñc obligat̃
ad legalia.hãc rõez facit apl'^9 ad colo. Se/
cũdo vñ ait. Cũ vos mortui eẽtis i delictis
ɔuiuificauit cũ illo donãs vob' oĩa/delicta
qd̃ ad ũſũ nos erat cyrogr̃fu3 decreti.qd̃ e/
rat ɔtrariũ nb'.Et ip̃3 tulit de m̃dio affigẽs
ip̃3 cruci.et expoliãs p̃ncipat^9 z p̃tates tra
duxit ɔfidẽter palã triũphãs illos i ſe ip̃o
Nemo ḡ vos iudicet i cibo aut i potu. aut
ĩ pte diei feſti aut neom̃nie aut ſabboz. q̃
ſũt vmbra futoz. zc̃.Ex p̃dictis p3 q̃l'r lex
moyſi fuit raſa z mortua/z crucifixa cũ x̄.
inq̃tũ erat qd̃dã cyrogr̃fu3 obligatoriũ.z ɔ
tract^9 debitozi^9.Jd̃o ãpl'i^9 nll's obligat̃ ad
obſ'uãtiã legaliũ.

Itẽ pbat̃ viĝ.q̃ lex moyſi fuit mortua cũ
xp̃o. inq̃tũ erat tãq̃ qdã ɔtract^9 ɔiugalis
vxoris ad virũ.vñ ſic̃ vxoz nõ obligat̃ ad
vincl'3 cõiugale ñ uſ3 ad mortẽ viri. p quã
mortẽ abſoluit̃ vxor a vĩcl'o ɔiugali ip̃i^9 vi
ri.Jta pit̃ cũ de^9 deſpõſauit ſibi illã plebem
pdatiõ3 legis i mõte ſynay. z tot^9 ille pp'ls
ſe obligauit ad illã legẽ ſ'uãdã ſub federe
ſanguis vt dictũ ẽ. ḡ p mortẽ dei icarnati
q̃ ẽ xp̃s tot^9 ille pp'ls fuit abſolut^9 a vincl'o
legis.Et p ɔñs nõ ãpl'i^9 obligatur ad leg'ſ
obſ'uatiõ3.vñ hãc rõ3 facit apoſ.ad ro.vij.
vbi ait.An ignoratis frẽs/ſciẽtib^9 legẽ/lo
quoz.q2 lex i hoie dñat̃ q̃nto tp̃re viuit.nã
que ſub viro ẽ mulier viuẽte viro alligata
eſt legi.ſi aũt mortu^9 fuit vir ei^9.ſoluta eſt
a lege viri.z c̃.Jtaq3 frẽs mĩ z vos morti
ficati eſtis legi p corp^9 x̄.ut ſitis alt'i^9.q̃ ex
mortuis reſrexit.vt fructificetis do.Ex ſu
pradictis ũbis vult inuere apl's q̃ ãte mor
tẽ x̄ finis et mariti illi^9 ppl'i.tot^9 ille ppl's o/
bligat̃ ad ſ'uãdã legẽ.eo q̃ xp̃s vir ei^9 ad/
huc viuebat i corpe mortali.z tãq̃ morta/
lis expectabat̃ i lege.id̃o uſ3 ad ei^9 morte3
obligabat̃.ſ3 mortuo x̄ viro ſuo iã ñ obli/
gat̃ ad vĩcl'u3 ɔiugale legis.q2 ſub tli ɔdi/
ciõe ille pp'ls expectabat xp̃3 ſpõſũ ſuũ.ut p
eo moreret̃.ut p3 p totũ diſcurſũ pphaṙu3
Et ſic patet concluſio q̃uo tota lex moy/
ſi fuit mortua cu3 x̄. q̃ ad cerĩoĩalia.¶ S3
iſta cadẽ ɔ̃ pbat̃.ptic'lari' f3 oẽs ptes legi'ſ
moyſi. Ad cui^9 itell'ctũ ẽ nõndum q̃ tota
lex moyſi ɔtinet i ſe ſexcẽtũ terdeci p̃cepta
quoz quedã dñr moralia.et q̃dã iudicialia
et quedã cerimoĩalia.Moralia aũt ſt̃ illa de
cẽ p̃cepta.q̃ fuerũt ſcripta i duab^9 tabulis
lapideis.ut p3 exo.xx.xxxj.Et dñr moralia
eo q̃ ptinẽt ad oẽs hoies/z oib^9 ſt̃ coĩa. ſi
ne quib^9 hoies ñ poſſẽt adiuicẽ ɔuſari. ñc
ɔuiuẽ.dñr ẽt moralia.q2 ſt̃ de iure nat̃e.et
ptinẽt ad moralẽ iuſticiã.q2 p iſta decẽ p̃ce
pta tribuit̃ vnicuiq3 qd̃ ſuũ ẽ.ſ.deo lat'a ſer
uitus.qd̃ ptĩet ad t'a p̃ma p̃cepta p̃me ta/
bule.Alia aũt ſeptẽ ptinẽt ad ɔuſatiõ3 pxi
mi.et id̃ iſta decẽ p̃cepta moralia ſt̃ imorta
lia.eo q2 ſt̃ de iure nat̃e et iã fuerũt obſ'ua/
ta i lege nat̃e licet ñ ſic fuerit explicita.Et
ideo nõ p̃ciſe ptinẽt ad legẽ moyſi. ñ inq̃n
tũ ibi fuerũt magis explicata q2 magis p/
tinẽt ad legẽ nature.De ſabbato aũt q̃uo ẽ
morale q̃ntũ ad ſubſtãtiã z cerimoĩale q̃n
tũ ad m̃odũ. dicet̃ i ſeq̃nti q̃ſtiõe.Precepta
aũt iudicialia fuerũt data ad correctiõ3 et
punitiõ3 trãſgreſſoz.q2 aut dirigũt hoie's
ad ſ'uãda p̃cepta moralia aut puniũt trãſ/
greſſores p̃ceptoz dãdo oculũ p oculo et
dẽtẽ p dẽte.et vitã p vita. iſta aũt p̃cepta
iudicialia. q2 partĩ3 erãt moralia.et parti3
cerimoĩalia.Jdeo parti3 mortua ſt̃ cũ x̄. vt
patebit.Jn ṗcio aũt ordie ſt̃ et erãt p̃cepta
cerimoĩalia. z dicebãtur cerimonialia rõe
modi agendi et ſignificandi. eo q2 diſpo/
nebãt ad modũ colẽdi deũ.q̃ q̃dẽ cerimoĩa
lia erãt i quadruplici genere. Nam quedã
pertinebant ad ſacra.quedam ad ſacramẽ
ta.quedam ad ſacrificia et oblationes. Et
quedaz ad obſeruautias ſeu abſtinentias.

no. Numerus preceptorum legis Veteris:
preceptamoralia

// De preceptis iudicialib

De preceptis cerimoialib

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Sacra aūt erāt illa q̄ ad cultū diuinū dedi
cabātur ⁊ ſcīficabātur. Et iſta erant dnq̄z.
ſm q̄ dnq̄z ſcīficabanť ⁊ dedicabāť ad cul
tuz diuinū. Nā p̊ dedicabanť pſone. Secun
do loca. Tercio tp̄ra. Quarto ornamēta p
ſonaꝝ. Quinto vtēſilia tēpli. ⁊ loci ſacri.
Perſone āt dedicate. q̄daz dedicabāť et ſcī
ficabanť ad colēdū deū. et iſte erat ſolus et
totus pp̄ls duodeciz tribuū iſrl'. q̄z ſolus et
tot' ille pp̄ls erat elect' ad colēdū vnū deū
creatorez oīz. q̄dā aūt pſone dedicabanť ad
miniſteriū cult' diuini. ſiċ erāt ſacerdotes
⁊ leuite ⁊ cātores et ianitores ⁊ c̄. Et iſti e/
rāt de ſola tribu leui. Quedā āt pſone ſcīfi
cabātur. ⁊ purgabanť a pcc̄o. et inmūdicia
ſiċ erāt pctores et leproſi et meſtruate ⁊ c̄.
vt p̄z i leuitico. iſte ergo erāt pſone q̄ ſcīfi
cabātur ⁊ diſponebanť ad diuinū cultū et
abilitabātur ad ip̄z. Loca vero pſecrata et
dedicata ad diuinū cultū erat ihrl'z. ⁊ tēplū
ſiue tabnacl'z ⁊ archa. tp̄ra aūt dedicata ad
cultū dei erāt principal'r ſabbatū extinde fe
ſtū azimoꝝ ⁊ pētecoſtes. et tubaꝝ ⁊ expia
tiois. et tabnacloꝝ et c̄. vt p̄z Leuit. xxiij.
ornamēta dedicata ad diuinū cultū erāt or
namēta ſacerdotis. ſ. efot. rationale et hu
merale ⁊ mitra ⁊ c̄. Vtēſilia aūt tēpli erant
cādelabra et mortariola ⁊ c̄. oīa ḡ iſta dnq̄z
ſupdicta. ſ. pſone. loca. ⁊ tp̄ra et ornamēta
et vtenſilia dicebātur ſacra ſiue ſcā. eo q̄
ad cultū diuinū erāt pſecrata et ſcīficata ⁊
dedicata et abilitata. q̄d erat p̄mū gen' ce
rimoīaliū. In ſecd̄o gn̄e erāt ſacramēta. q̄
dicebātur illa quib' ſacra cōſecrabanť. Et
iſta erāt ta. nā i p̊ loco erat circūciſio q̄ ſcī
ficabanť oēs filij iſrl'. in ſcd̄o erat vnctio q̄
vngebanť ſoli ſacerdotes ⁊ reges exo. xxx.
In tercio loco erāt purgatiōes et lotiōes
et aſpſiōes q̄b' purgabanť pctores. et lepſi
⁊ c̄. vt p̄z i leuitico que dicebanť ſacramē
ta. eo q̄z pſecrabāt ⁊ ſcīficabāt pſonas ⁊ lo
ca ⁊ c̄. In t̄cio gn̄e cerimoīaliū erāt ſacrifi
cia diſtīcta. q̄ offerebāt pſone ſcīficate i lo
cis ſacris. q̄quidē ſacrificia ⁊ holocauſta fi
ebāt ex certis aīalib' mūdis. vt p̄z i leuiti
co. ad q̄d et gen' cerīoiaꝝ ptinēt oblatiōs

In q̄rto tādē gn̄e cerimoīaꝝ pōebanť ob/
ſuātie ⁊ abſtinētie a cibis et reb' imūdis
puta nō comedē porcū nec anguilā ⁊ c̄. vt p̄z
ibidē. Ad iſta ḡ q̄tuor gn̄a reducūť oīa p/
cepta cerimoīalia. q̄z aut erāt de ſacris aut
de ſacramētis aut de ſacrificijs ⁊ oblatiōi/
b'. aut obſeruātijs ⁊ abſtinētijs. q̄ oīa dice
banť cerimoīalia. inq̄tū reſpiciebāt ⁊ obſ/
uabāt m̄odū ⁊ pſonas. et loca ⁊ tp̄ra ⁊ c̄. ad
q̄ndā ſignificatiōz de futis miſterijs. q̄z de'
nobiliori ⁊ pueniētiori ⁊ digniori m̄ poſſat
coli et placari. ut patebit. ḡ tl'is cult' totu'
erat cerīoialis et figuratiu'. q̄z cerīoia nō
dicit n̄ m̄odū ⁊ figurā. ⁊ ſignificatōz. q̄z oīs
cerimoīa q̄cūq̄z ſit. fit ad ſignificādū aliud
vt p̄z i cerimoījs. q̄ fiūt i futuro ⁊ honore re
gū. His hitis ⁊ notatis. pōiť p̄ma ptic'ari'
cōcluſio. q̄ oīa ſacra ⁊ ſcīficata legis vet'
mortua ſt cū x̄ i cruce. iſta ꝯ. pbať. p̊ q̄ ad
pſonas. et gn̄oz carnalē pſonaꝝ. q̄ ſcīfica/
banť et dedicabanť. nā decīz ē. q̄ nō circūci
debātur n̄ filij iſrl'. nec vngebātur n̄ ſacerdo
tes de tribu Leui. et reges de tribu iuda. ſz
oīa iſta ordīabāť ad xp̄z. tanq̄ i finē. et iō
xp̄s ſm carnē voluit ēe de gn̄e iſrl' ⁊ iſrlita
et circūciſ'. et voluit ēe de tribu iuda et le
ui. ppť regnū et ſacerdotiuz. eo q̄z ille due
trib' pūgebāť i pūgio. et hoc voluit face
xp̄s. ut ſecū crucifiget gn̄onē carnalē filio
ruz iſrl'. et regnū et ſacerdotiū legale. et ſic
voluit ēe rex ⁊ ſacdos. Et iō cū xp̄o mortua
ē gn̄o carnal' filioꝝ iſrl'. et gn̄o carnal' regū
et ſacdotiū. et ſic mortua ē gn̄o legal'. et re/
gnū et ſacdotiū legale cū xp̄o. Ex q̄ ſeq̄r q̄
iudei iterficiēdo xp̄z. iterfecerūt gn̄oēz iſrl'
carnalē. et regnū et ſacdotiū. Et ſic ip̄imet
ſe puarūt regno et ſacdotio. Itē ſeq̄r. q̄ cū
x̄ mortua ſt oīa ornamēta ſacerdotalia i le/
ge ſcripta. ſ. ephot et mitra et rōale et c̄. eo
q̄ tl'ia ordiabanť i ip̄z tāq̄ ſacerdotē et fi/
nē regni et ſacdotij. et ſic ēt cū eo fuit mor
tuū ſceptrū regale tp̄ale. ead̄ rōe. Et ſic il
le pp̄ls. ex tūc fuit puat' regno et ſacdocio
prout prophetauerat oſee. iij. dicens. Die'
multos ſedebunt filij iſrael ſine rege et ſine
principe et ſine ſacerdotio.

vngebanť reges et ſacerdotes. Exo. 30.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Secūda ꝯ.ꝙ cū xͦ mortua fuit iudea.ꝛ ihe/ruſalez.et tēplū cū archa et cū oībꝰ vtenſilibꝰ.ꝛ tota t̄ra iſrl̄.ꝓbat̄.nā deus elegerat illuz ꝓplm.ut ex eo naſceret̄ meſſias ſm̄ carnez.ꝛ elegit illā t̄rā iſrl̄.ut ī ea xp̄s p̄dicaret.et miracl'a faceret.et illā ciuitatē ꝛ tē/pluz.ut ī ea legez declararet.ꝛ moreret̄.et reſ̄geret.Et ꝓp̄ iſta miſteria nr̄e redēptionis ꝓphe deſiderauerūt.ꝛ comēdarūt illā terraz.et ciuitatē et tēplū.eo ꝙ oīa ordiabāt ad xp̄z.ḡ oīa mortua ſt̄/et crucifixa cū xͦ.ꝗ erat finis gr̄a cuiꝰ oīuz illoꝝ.dito ḡ fine.ceſſant oīa que ſūt ad finē.et ceſſant oīa inſtrumēta.ꝗ ſūt f̄c̄ta ꝓp̄ illū finē.Itē xp̄us crucifixus ē in iudea ꝛ ihrl̄m.tanꝙ in loco ad hoc deputato ꝛ electo.ḡ locus fuit crucifixus cū eo.et ſepultus.hoc ꝓbat̄ ex experiētia p ea miſteria.ꝗ f̄c̄ta ſūt.nā tremotus f̄c̄tꝰ eſt p vniuerſaz t̄rā in morte xp̄i.ꝛ monumēta ꝓphaꝝ apta ſūt.Et tēpli velū ſciſſū eſt.qd̄ copiebat ſc̄taſc̄toꝝ.et ſic oīa ſecreta ꝗ ibi latebāt fuerūt manifeſta.ad denotādū/ꝙ iaz tēpluz illud mat̄iale nō amplius erat neceſſariū.eo ꝙ oīa ſigna legis et dicta ꝓphaꝝ erāt ī xp̄o cōpleta ꝛc̄.

Tercia concluſio.ꝙ cum xp̄o mortuū fuit paſcha et ſabbatū.ꝛ oīa tp̄a legis ad diuinū cultū dedicata.ꝓbat̄.nā xp̄s fuit crucifixus ī die paſche ꝛ ſepultꝰ.et p totaz diez ſabbati māſit ī ſepulchro.ḡ dies paſche fuit crucifixus cū xp̄o et ſepultus.ꝛ dies ſabbati ſtetit cū xp̄o.ī ſepulchro.Et ſic tā paſcha ꝙ ſabbatū fuit cū xͦ mortuū.ꝙ ſic locꝰ fuit mortuꝰ cū xp̄o.ita ꝛ tempus.eo ꝙ ad hoc fuit ordiatuz paſcha.ut xp̄s ī eo moreretur.et ſabbatū.ut ī eo p totā diē xp̄s ī ſepulchro iaceret mortuus.ꝛ quieſceret.Et ſic tā ſabbatū ꝙ paſcha fuit mortuū cux xͦ.Et hoc apparet p ſignū.nā xp̄o moriēte in die paſche.tenebre f̄c̄e ſūt p vniuerſaz terrā a ſexta uſqꝫ ad nonā.ꝛ ſol paſſus ē eclipſiz et luna nō dedit lumē.ad denotādū ꝙ paſcha cū oībꝰ feſtis legalibꝰ.et cū tota ciuitate ihrl̄m ꝛ tēplo.et cū tota t̄ra iſrl̄ tūc fuit eclipſatū ꝛ mortuū.qd̄ vere fuit deſignatuz per illā eclipſiz f̄c̄taz p̄ter naturā.ꝛ tremotuz.Et ſic ī eodē die cū xͦ fuit paſcha ſepultuz.et alt̄a die ꝗ fuit poſt paraceuē.ꝗ fuit magnū ſabbatū venerūt iudei ex parte pillati ad ſigillādū ſepulchrū et claudēduz.ꝛ ſic clauſerūt.et ſigillarūt ſabbatū in ſepulchro ſimul cū xͦ.et ſic māſit ſabbatū ſepultuz cū xp̄o.

Quarta ꝯ.ꝙ paſcha ꝛ ſabbatū iudeoꝝ fuit īciātū ꝛ putrefactū ī ſepulchro.ꝓbatur.nā nec paſcha n̄c ſabbatū ſurexit cuz xp̄o.ḡ māſerūt ī ſepulchro.et p oēs ibi fuerūt icinerata.nā xp̄s nō reſurrexit in die ſabbati ſꝫ ī die dn̄ico.Et ſic ſola dies dn̄ica reſurrexit cū xp̄o.paſcha ꝛ ſabbato manētibꝰ ī ſepulchro.vn̄ xp̄s noluit reſ̄gere in die paſche n̄c ī ſabbato.ad deſignādū.ꝙ nec paſcha n̄c ſabbatū debuit reſ̄gere cuz eo.ſed ambo cū infirmitatibꝰ xp̄i perpetuo in ſepulchro īciāta manere.Ex quibꝰ pꝫ.ꝙ n̄c paſcha n̄c ſabbatū ē amplꝰ celebrādū.nec obſ̄uādū cū ambo ſint mortua ꝛ ſepulta.ꝛ per cōſeq̄ns īciāta poſtꝙ cū xͦ nō ſurrexerūt.ſꝫ ſola dies dn̄ica debet coli et celebrari in mēoriā reſ̄rectiōis.eo ꝙ ſola illa ſurexit cū xͦ.ut patebit ī ſeq̄nti queſtiōe.

Quīta ꝯ.ꝙ oīa ſacramēta vet̄is legis fuerūt mortua.et crucifixa cū xp̄o.ꝓbat̄.naz dictuz ē.ꝙ oīa ſacramēta fuerūt ordinata ad ſc̄tificandū.puta circūciſio ad ſc̄tificandū ſolos iſrl̄itas.et vnc̄io ad ſc̄tificādos reges ꝛ ſacerdotes.et lotiōēs.ꝛ aſp̄ſiōēs ad ſc̄tificādos coīq̄natos.ꝗ oīa iſta ordiabant̄ ad ſc̄tificatiōēs q̄s xp̄s debebat ꝯplere ꝛ facere ī cruce.Et ideo xp̄s voluit ſuſ̄re circūciſiōēꝫ.ut illā ī cruce crucifigeret.Et ſic circūciſio fuit crucifixa cū carne xp̄i.et ibi fuit crucifixa vnc̄io regū et ſacerdotiuz.ꝙ tota p̄ſona xͦ fuit vncta et tincta cruore et ſanguie ſuo.Et fuit crucifixa oīs lotio.et aſp̄ſio legalis ꝗ fiebat ad emūdatiōꝫ pc̄to/ruz et imūdoꝝ.ꝙ ibi xp̄s ꝓpriū ſanguieꝫ p ī imūdicia.ꝛ p pc̄tis oīꝫ effudit.ut lauaret crimīa oīuz.ꝗdē effuſio et vnc̄io fuit figurata p lotiōēs.ꝛ aſp̄ſiōēs legis vet̄is.

ꝗ crucifixꝰ fuit xp̄us die paſche.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Sexta cõcluſio ꝙ cũ xp̃o fuerũt crucifixa. et mortua oĩa ſacrificia et oblatiões veteꝛis legis. ꝓbatur qꝛ dictũ ẽ. ꝙ oĩa illa erãt ſigna et figura huiꝰ ſacrificij. et dictũ ẽ ꝙ illa nõ offerebãtur ĩp̃ciũ. ſꝫ ĩ ſignũ fedis ⁊ ĩ ſignũ et arrã huiꝰ p̃cij. qđ xp̃s ſoluit ĩ cruce, ꝓ oĩbꝰ p̃teritis ⁊ futuris. g̊ oẽs ille arre et oĩa illa ſigna fuerũt ſimul mortua et crucifixa cũ xp̃o. Et ꝑ eãdeꝫ rõeꝫ fuit mortuus cũ xp̃o eſus ſiue cõuiuiũ agni paſchalis qđ nõ fiebat niſi ĩ figurã ⁊ ſignũ huius ſacramẽti eucariſtie. qđ xp̃s inſtituit ĩ die iouis ſcĩa. ĩ q̊ miſterio duo fiebãt. ſ. imolatio et eſus ſiue cõuiuiũ. ad ſignificãdũ ꝙ xꝰ agnꝰ q̃ tollit p̃cĩa mũdi p̃ꝛꝰ erat imollãdꝰ in ara crucis. poſtea ĩ eucariſtia ſp̃ualr̃ epulandꝰ ⁊ edẽdus ſic̃ cotidie fit ĩ eccĩa. Septima cõcluſio. ꝙ oẽs obſuãtie ⁊ abſtinẽtie ⁊ diſcretioẽs ciboꝝ fuerũt mortue cũ x̊. ꝓbatur. qꝛ oĩa illa data ſt̃ ĩ figurã abſtinẽtie vicioꝝ. nã ꝑ porcũ ſignificabat̃ luxuria et ꝑ griffũ. rapina ⁊c̃. a qbꝰ figuralr̃ illi ꝓhibebãtur abſtiñe. q̃ oĩa erãt declarãda ꝑ meſſiaꝫ ĩ lege ꝓmiſſũ. ut pꝫ deuťo. xviij. ſꝫ iã xp̃s oĩa iſta declarauit Mathei xv. qñ dixit ꝙ nõ qđ ĩtrat ꝑ os coinq̃nat hoĩeꝫ. ſꝫ blaſſe/mia ⁊ adulteria ⁊ homicidia et cet̃a vicia et ĩmũda. q̃ exeũt de corde hec coinquinãt hoĩeꝫ. Et ſic tenẽt talmutiſte ꝙ meſſias q̃ꝫ fruſtra expectãt debet eis oẽs illas obſuãcias declarare. ⁊ licẽciare eis porcũ et cet̃a ꝓhibita. Octaua ꝯcluſio. ꝙ oĩa iudicialia precepta fuerũt ꝯpleta ⁊ mortua cũ x̊. ꝓbat̃. nã ſimiliter illa partiꝫ erãt cerimonialia inq̃ntũ ſignificabãt ꝙ xp̃s erat reſtitu/turus fructũ ablatũ ꝑ adã. ⁊ inq̃ntũ figurabãt ꝙ xp̃s erat daturꝰ dẽtẽ ꝓ dẽte ⁊ oclm ꝓ oclo. et vitã ꝓ vita oĩuꝫ. Nã qꝛ adã ex raptu cibi vetiti totũ genꝰ hũanũ ĩ mortẽ p̃cipitauit. Ideo xp̃s reſtituit fructũ ĩ arborẽ crucis. cũ ſe ip̃ꝫ pro illo furto obtulit. ⁊ ibi reſtituit dẽte ꝓ dẽtẽ et vitã pro vita qꝛ totus homo q̊ ad corpꝰ mortuꝰ ẽ pro ip̃o preuaricatore et latrõe et homicida adaꝫ. Et ſic pꝫ ꝙ xp̃s fuit punitus pro illo p̃cĩo. et ĩ eo fuerũt exercitata ⁊ ꝯpleta illa precepta iudicialia. et ꝑ ꝯñs ĩ eo fuerũt mortua. Et ĩõ eccĩa nõ exercet illa nec vult punire tali gene ſuplicioꝝ. poſtq̃ iã xp̃s ꝯpleuit illa. ſꝫ remittit oẽs p̃c̃tores ad p̃niaꝫ q̃ dat̃ loco illoꝝ iudicioꝝ. ut patebit infra.

¶ His habitis ſit hec ꝑ cõcluſio. q̄ ihs xp̄s venit ad ſecundum templum et in fi ne ante deſtructionem eius. ſicut prophe tarunt daniel et ageus et zacharias et ma lachias. probatur. Nam xp̄s natus eſt. xlij̊ anno ceſaris auguſti. et fuit. xxxx. die in tē plo ſymeoni preſentat⁹. ⁊. xij̊. anno diſpu tauit in templo cum doctoribus. vt patet. Luc. ij̊. et xxx. āno tp̄re tibij ceſaris fuit ba ptizatus. ⁊ ieiunauit. et per tres annos mi racula fecit. ⁊ xviij̊. tiberij ceſaris fuit cru cifixus. ergo ſequitur q̄ venit ad ſecundū templum ante deſtructionem eius. quia tē plum non fuit deſtructū. ymo durauit vſz ad imperiū veſpeſiani. Et ſic patet q̄ xp̄s venit tempore determinato et ante ꝓphe tato. ¶ Secūda ꝯcluſio q̄ xp̄s dedit legē nouam euangelicam in iheruſalem et mō te ſion et oliueti. et in terra promiſſionis. ſicut dictum fuerat per omnes ꝓphetas. Naz p̄mo iuxta mare in deſerto aſcendit in montē et ſedens docuit diſcipulos ſuos legem declarando. vt patet. Mathei. v. et vj. et vij̊. Item in iheruſalaem predicauit in omnibus feſtiuitatibus. ⁊ in monte ſion inſtituit ſacramentum altaris. et miſit ſp̄z ſanctum in diſcipulis. et aperuit eis ſenſuz et ſcripturas. vt patet. Luce vltimo. et ac tuum p̄mo. Et ex mõte oliueti miſit oēs apoſtolos ad predicandum euangeliū omi creature. Mar. vltio et actuū. p̊. Et ſic pa tet. q̄ in xp̄o fuerunt verificate prophetie de datione legis noue. ¶ Tercia ꝯcluſio. q̄ xp̄s paſſus et occiſus eſt a ſuis. prout lo cuti ſunt prophete. ymo omnia que locuti ſunt prophete de morte et paſſione regis meſſie. fuerunt verificata in x̊. ¶ Quarta concluſio. q̄ xp̄s reſurrexit a mortuis ter cia die. et aſcendit in celum quadrageſimo die. prout ſcribunt et teſtātur omnes ap̄li et euangeliſte. et regnauit per totuz orbez prout fuit omnibus manifeſtum. vnde li cet iudei negent xp̄i reſurrectionem et in celos aſcenſionem. tamen non poſſunt ne gare eius regnum vniuerſale cum poſtea viderint ip̄m per vniuerſum mundum re gnare ſuper omnes reges et populos / vt probatum fuit pſalmo. ij̊. et. Lxxj. et. Cix. Quinta cõcluſio. q̄ xp̄s edificauit nouam iheruſalem toto orbe diffuſaz et introdu xit in eam totum populum gentilem. ſicut locuti ſunt prophete. probatur. Nā p̄mo xp̄s congregauit illam ſanctaz ſocietatem viroꝝ et mulieruz in monte ſion. qui erāt centum viginti vtriuſqz ſexus. vt patz act. p̄mo. ſuper quos miſit ſp̄z ſcm̄ in die pē tecoſtes. a quo receperunt ſeptē dona gra rum. et ſic armati armis ſp̄ualibus eggreſ ſi a cenaculo in eadē die conuerterunt tria milia vt patet actuum ſcd̄o. Sed quia xp̄s preceperat eis in ſuo aſcenſu dicens. Ite ꝑ vniuerſum mundū et predicate euāgeliuz omni creature ⁊c. Item actuū primo. acci pietis virtutem ſupuenīētis ſp̄s ſcī i vos et eritis michi teſtes in iheruſalem et in omī iudea et ſamaria. et vſqz ad vltimum terre ⁊c. Ideo oīs ap̄li et diſcip̄li poſt re ceptionem ſp̄s ſancti ab iheruſalez inde eg greſi diffuſi ſunt per totū orbē fraꝝ p̄di cantes euāgelium toti p̄plo gētili. et ſic ma the⁹ cū ſucceſſorib⁹ ſuis cõuertit totā ethi opiaz. et March⁹ cū ſucceſiorib⁹ ſuis totā egiptū et arabiā et totā affricā. Et ſimō et iudas babiloniā et parthiam et mediā. Et bartholom⁹ ⁊ thomas oēs idias. Et paul⁹ et iohēs greciā ⁊ aſiā minorē. Et idē pau lus et petrus et diſcip̄li eoꝝ totā ytaliā et galiaz. Et iacobus et diſcip̄li ei⁹ totā yſpa niā ⁊c. Et ſic pz q̄ xp̄s edificauit. p̊. iſtam ihr̄l'm. ſ. eccleſiam ſupra illos ſcōs lapide̅s in monte ſion. ſed poſtea fuit dilatata

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana 38

et diffuſa per totum orbem a ſolis ortu uſꝫ ad ocaſum. et ideo tota eccleſia dicitur iheruſalem. primo quia in illa iheruſalem materiali fuit incoata. et exinde diriuata fuit per totum orbem dilatata. et ideo retinet nomen iheruſalem et ſion a ſua origine. ſicut flumina retinent nomen ſue originis ⁊ et ſui fontis. ſicut ibirus et araxes.

¶ Secundo tota eccleſia dicitur ihrl'm et ſion ratione proprietatis et nominis interpretationis. naꝫ iheruſalem interpretatur viſio pacis. et ſion dicitur ſpecula. ſed q̄a in ſola eccleſia videtur et ſpeculatur deus per veram fidem. ideo ſola eccleſia meret̄ dici iheruſalem et ſion. Nam illa iheruſalem materialis non propter ſe dicta ē iheruſalem per prophetas. niſi inquantū xp̄s erat ibi videndus. et ibi erat eccleſiā edificaturus. prout dictum fuit in expoſitione libri pſalmoꝝ et maxime pſalmo xxxxvij. et. L. et in queſtione precedenti. Nam illa iheruſalem per xp̄m meſſiam edificanda. non poterat eſſe materialis ⁊ parua in illa terra paleſtine et iudee. ſed erat futura ſpiritualis toto orbe diffuſa ⁊ dilatata. in qua continentur omnes gentes et nationes et populus ethiopum ⁊ c. Et ſic xp̄s iam vocauit et congregauit omnes filios iſrl' f̄m ſp̄m et promiſſionem ad iſtam veram iheruſalem. ¶ Sexta cōcluſio. q̄ iudei propt̄ mortem xp̄i fuerunt diſſipati et per mundum diſperſi et templum et ciuitas deſtructa et ſacerdotium ablatum. ſicut predixit daniel propheta et ceteri prophete. iſta cōcluſio quantuꝫ ad vnam partem de ſe eſt manifeſta. ſed q̄ hoc fuerit factum propt̄ mortem xp̄i nō ſolum aſſeritur a nobis ſꝫ a magiſtris eoꝝ. vnde dicit Rabi moyſes q̄ ihs natzarenus dicebat ſe eſſe meſſiam. ſed hoc non eſt verum. quia meſſias debebat congregare et reformare filios iſrael ſed hoc non fecit xp̄s ymo fuit occiſus. et fuit cauſa deſtrucionis iſrael et totius populi iudayci. Iteꝫ ioſephꝰ dicit q̄ cauſa deſtructionis iheruſalem et totius populi iudeoꝝ non potuit eſſe niſi aliqḋ magnū peccatuꝫ. et iſtud nō potuit eſſe niſi mors ihu natzareni. aut iohānis baptiſte. aut iacobi iuſti. Item rabi ſamuel affricanus dicit in epiſtola ad ſuuꝫ amicum. q̄ non poteſt reperire aliam cauſaꝫ q̄re tanto tempore durat iſta captiuitas eoꝝ. niſi quia patres eoruꝫ iniuſte occiderunt ihm xp̄m viꝝ iuſtū. Unde volens ꝑ ſcripturas inueſtigare ꝓp̄ quod peccatum iudei laborant in hac longa captiuitate. non poteſt reperire nec aſſignare aliam cauſam. niſi quia occiderunt ihm natzarenum viꝝ ſanctum et iuſtum. Item iudei moderni continue maledicunt xp̄m dicentes q̄ propter ip̄m perſeuerant diſperſi per mundum in hac captiuitate. Item ipſimet iudei propter aliud non maledicunt et habent odio xp̄m. niſi quia oēs aſſerunt xp̄m fuiſſe diſſipatorem ciuitatis iheruſalem et totius populi iudeoꝝ. Et ſic hec concluſio ſatis eſt omnibus conceſſa ⁊ manifeſta. Ex quibus ſupradictis ſequitur vna correlariaˀ et irrefragabilis concluſio .ſ. q̄ ihs natzarenus quem colit xp̄iana religio fuit et eſt verus meſſias in lege promiſſus. Iſta concluſio probata eſt per ſingula ex conceſſis a iudeis. nā licet iudei moderni non concedant redēptionem animarum factam per xp̄m nec eius reſurrectionem. eo quia talia fuerunt eis inſenſibilia. tamen nō poſſunt negare omnia alia. ſ. q̄ ihs venit in fine templi ſecundi cum magna gloria et poteſtate miraculoꝝ.

¶ Sed dicunt quidam eoꝝ. q̄ ihs natzarenus quando fugit in egiptum furatus ē nomen dei tetragramaton. et cum illo nomine et in virtute eius faciebat illa miracula. Sed in hoc concludunt propoſitum noſtrum contra ſe ipſos. Nam omnes magiſtri eorum concedunt q̄ illud nomē dei eſt incomprehenſibile et ineffabile. Cuius virtutem et declarationem nemo poteſt

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ſcire et declarare niſi ſolus deus ⁊ rex meſ
ſyas. Et omnes aſſerunt ꝙ rex meſſias in
virtute illius nominis hēt declarare eni/
gmata legis et ſubicere ſibi totum orbem
Ex quibus omnibus ſequitur ꝙ ſi ihs nat/
zarenus habuit et poſſedit illud nomē. g̊.
vel fuit deus/aut meſſias eius. Item non
poſſunt negare ſecūdum. quia omnes con
cedunt ꝙ xp̄s dedit. et condidit hanc legē
euangelicam quam obſeruant criſtiani.
¶ Nec negaut tercium. quia omnes con/
cedunt ꝙ patres eoꝝ occiderunt xp̄z. Nec
poſſunt negare quartum. nam licet negēt
reſurrectionem tamē non poſſunt negare
quin xp̄s regnauerit vbiqꝫ poſt mortē ſuā
Nec minus negant ſextū. quin xp̄s ſit cau/
ſa ſue deſtructionis et captiuitatis. Sꝫ mul
to minus poſſunt negare quintum. nā ma
nifeſtum eſt ad ſenſum ꝙ totus pp̄ls genti
lis relictis ydolis conuerſus eſt ad fidem
xp̄i. Et ideo licet iudei omnia alia velint ex
cecitate et malicia negare. tamen ſola iſta
concluſio quam negare non poſſunt eſt ſuf
ficiens ad probandum ihm xp̄z fuiſſe meſ
ſiam in lege promiſſum. et ad confunden/
dum iudeos. Nam dauid in omnibus ſuis
pſalmis. et oēs prophete in ſuis prophetijs
nil aliud clamant. niſi ꝙ ſolus meſſias ī le
ge promiſſus debebat aufferre et deſtrue/
re omnia ydola et omnem ſuperſtitionem
populi gentilis. ⁊ ſubicere populum genti
lem ad colendum nomē dei habraā. yſach
et iacob. et nomen dei iſrael. Et hoc per ba
ptiſmum aque. vt probatum eſt yſay. xij̊. ⁊
eze. xxxvi. et zacha. xiij̊. Et omēs prophete
clamant qualiter ſolus meſſias debebat cō
dere magnam iheruſalem a ſolis ortu. vſꝫ
ad occaſum. et introducere in eam omnes
populos gentium credentes in deuz iſrael
Sed omia iſta operatus eſt ſolus ihs nat/
zarenus. Nam in die aſcenſionis miſit oēs
apoſtolos et diſcipulos per totum orbem
dicens. Ite docete omnes gentes baptizā/
tes eos in nomine patris et filij et ſp̄s ſcti.

Mathei vltio. Item. Mar. vltio. Ite pre/
dicate euangelium omni creature. Et qui
baptizatus fuerit/ſaluus erit ⁊c̄. ¶ Sed
nos videmus manifeſte ꝙ totus populus
gentilis per baptiſmum venit ad fidem. et
adorauit deū iſrael relictis ydolis. ymo to/
tus populus xp̄ianus qui deſcendit ab illo
populo gentili nulluz alium deuz adorat. ni
ſi deuz habraaz yſach et iacob ſiue deū iſrl.
qui eſt trinus et vnus et creator et factus
homo. vt videbitur. Et omnia iſta apparēt
ad ſenſum. que iudei non poſſunt negare.
ymo dicit Rabi moyſes in ſentencijs regū
et de penitentia. ꝙ ſolus ihs natzarenꝰ de/
ſtruxit et abſtulit ydolatriam de mūdo. Et
ideo ſola iſta concluſio de conuerſione pp̄li
gentilis eſt ſufficiens ad probandum ihm
xp̄m eſſe meſſiam/ et ad confundendū oēs
iudeos.
¶ Sed iudei moderni adhuc volunt pro/
teruire dicentes. ꝙ xp̄s non ſubiecit totuz
orbem/ nec omnes nationes ſibi obediunt
quia maiorem partem mundi poſſidēt ſar
raceni. qui non colunt ihm xp̄z. Sꝫ ad hoc
iam reſponſum eſt. pſalmo. Lxxj. et C viij̊
Quia ſucceſſiue per omnes partes mundi
omnia ydola fuerūt deſtructa per ap̄los et
eoꝝ ſucceſſores. et totus populus gentilis
venit ad fidem xp̄i. Sed anno ſexcēteſimo
ſexageſimo ſexto. ſurrexit pſeudo prophe/
ta machometus et peruertit et decepit to/
tam arabiam et ſyriam. et traxit omnes il
los nouos et ſimplices xp̄ianos ad ſuā fal/
ſam ſectam. cuius ſucceſſores vi armoꝝ
ſubiecerunt totam africam et magnā par/
tem aſie cogentes eos ſeruare ritum ma/
chometi. inter quos habitat magna mul/
titudo xp̄ianoꝝ. Et ideo hoc non tolit veri
tatem omniuꝫ prophetaꝝ. quia xp̄s vbiqꝫ
ſucceſſiue regnauit et regnat aut tempora
liter aut ſp̄ualiter. ymo ſarraceni licet non
credant xp̄m eſſe deum. tamen aſſerūt ip̄z
eſſe filium dei et genitum ex ſp̄u dei. et ſic
venerantur ip̄m tanꝗ̄ ſūmum prophetaꝫ.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana



Et ideo omnia ſcripta et dicta in lege et ꝓphetis fuerunt verificata in xp̄o tanꝙ̄ in vero meſſya.

¶ Sed licet iudei omnia ſupradicta non poſſint negare. tamen adhuc non ceſſant proteruire et perſeuerare in ſua malicia ⁊ obſtinatione dicētes. ꝙ anteꝙ̄ veniat meſſyas eſt venturus helyas prout dictum ⁊ arguitum eſt in principio. Sed non dū venit helyas. ergo ih̄s non fuit meſſyas. Itē nec etiam xp̄s impleuit officium veri meſſye. quia non abſtulit mortem nec omnem lacrimam et miſeriam de terra. quia oīs reliquit mortales et paſſibiles ſicut ante. ⁊ per ꝯſeq̄ns non fuit perfectus redemptor. Sed tā ad primū ꝙ̄ ad ſcd̄z rn̄det̄. ꝙ miſi iudei neſciūt diſtinguere int̄ p̄mū ⁊ ſm̄ aduentum xp̄i. nam duplex aduentus xp̄i ꝓmititur in prophetis. nam in primo aduētu erat venturus xp̄s ad dandam legem et redimendum genus humanum a peccato et ad operandum omnia ſex ſupradicta Et in ſecūdo aduentu erat venturus ad iudicandū omnes et ad tribuendum eis premium ſecundū opera eoꝝ/ puta ad glorificandum iuſtos et reſuſcitandū eos ad immortalitatem et gloriam et impios ad penam ſempiternam. In primo autem aduētu preuenit xp̄m iohannes baptiſta. ſed in ſecundo aduentu ante iudicium eſt venturus helyas et enoch ad conuertendum iudeos in fine mundi. Unde de primo aduentu dicitur yſay. xxxx. Uox clamantis in deſerto parate viā domini et videbit oīs caro ſalutare dei. ſed de ſecūdo aduentu in q̄ eſt xp̄s venturus ad glorificandum dicit̄. yſay. xxv. ꝙ veniet ad precipitandā mortem et ad auferendam omnem lacrimam a facie terre. Item de primo aduentu dicit daniel. viiij. caplo. ꝙ Lxx ebdomade abreuiate ſunt vſqz ad xp̄m ducem. et poſt ſexaginta duas ebdomadas occidetur xp̄s ⁊c̄ Sed de ſecundo aduētu xp̄i dicit caplo. xij ꝙ multi qui dormiūt in terre puluere euigilabunt alij in vitam eternam alij in opprobrium. vt videant. ſemper. Qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplēdor firmamenti ⁊c̄. Item zacha. de primo aduentu dicit caplo. viiij. Exulta filia ſion: ecce rex tuus venit tibi iuſtus et ſaluator ⁊c̄. Sed de ſecundo aduentu dicit caplo. xiiij. Ecce dies venient et diuident ſpolia tua in medio tui ⁊c̄. Item malachias predicit vtrūqz aduentum cum ſuo precurſore. nam in primo aduētu p̄dicit iohānez baptiſtā preuenire xp̄m cuz ait. caplo. iij. Ecce ego mitam angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam. et ſtatim veniet ad tēplum ſanctum ſuum dominator quem vos queritis ⁊c̄. Sed in ſecundo aduentu predicit preuenire helyaz ante xp̄m. cuz ait. cap iiij. Ecce ego mitam vobis helyaz prophetam ante ꝙ̄ veniat dies domini magnus ⁊ terribilis. qui erit dies iudicij. Et ſic patet deceptio et vana ſpes iudeoꝝ qui expectāt helyaz ante ꝙ̄ veniat meſſyas ad redimēdum mundum a peccato. cum helyas non ſit promiſſus niſi in ſecundo aduentu ante ꝙ̄ xp̄s veiat ad iudiciū. ¶ Sed adhuc obſtant iudei perſeuerantes in ſua obſtinatione dicentes ꝙ xp̄s non edificauit nouam iheruſalem ymo deſtruxit eaz. nec congregauit omnes filios iſrael in eam. ymo diſſipauit eos ⁊c̄. Sed ad hoc iam reſponſuz eſt per totam expoſitionem libri pſalmoꝝ Et dictum eſt in precedenti ⁊ p̄ſenti queſtione. quia xp̄s non erat conditurus ciuitatem materialem paruam in illo arto loco paleſtine. ſed ciuitatem ſp̄ualem et magnā toto orbe diffuſam que incepit ab illa iheruſalem materiali. ⁊ fuit per apoſtolos dilatata vſqz ad omnes terminos terre. Ad quam vocauit omnes filios iſrael ſecundū carnem. Sed qꝛ noluerunt venire. ideo cōgregauit in ea omnes filios iſrael ſp̄uales ex vtroqz populo. Et ſic patet eoꝝ cecitas ⁊ deceptio. quia talis redēptio debebat eſſe vniuerſalis totius generis humani a pccō

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

¶ Sed adhuc obſtant iudei perſeuerantes in ſua cecitate dicentes ꝙ ſequeretur ꝙ ꝑſona redemptoris criſti non fuit perfecta quia non perfecte redemit genus humanum a peccato et pena ipſius adam poſtꝙ non redemit ipm in corpore et anima. quia nõ reſtituit nobis immortalitatem ⁊ impaſſibilitatem. quam perdidit adam. qꝛ adhuc manent mortales xp̄iani baptizati et ſubiecti omnibus infirmitatibus et miſerijs ſicut iudei et ſarraceni. Ad hoc iam reſponſum eſt ſuper pᵒ. C q̃. ꝙ xp̄s iam ꝑfecte redemit nos quo ad corpus et animã per ſuam paſſionem et reſurrectionem. et redemit nos a peccato et penalitatibus corporis. Ad cuius intellectum eſt notandū ſicut iam dictum eſt in expoſitione pſalmi .xxviij. ꝙ cũ xp̄s fuit caput eccleſie ⁊ uniuerſalis redemptor a patre deſtinatus. ido omnia geſta et facta et dicta ſua pertinebant ad actum noſtre perfecte redemptionis et recuperationis bonoꝝ. que perdidimus in adã. ⁊ reparationis iacture et ruine noſtre. Et ideo xp̄s per ſuam paſſionem non ſolum meruit nos redimere a peccato quo ad animam. ſed etiam meruit perfecte redimere nos et reparare ruinã corporis. ſ. liberare nos a penalitatibus corporalibus quas incurrimus in adam. ſ. a morte corporali et ceteris infirmitatibus et defectibus. et reſtituere nobis immortalitatem et impaſſibilitatē ⁊c. Et ideo poſt paſſionem voluit tercia die imortalis ⁊ ipaſſibilis et glorioſus reſurgere. vt poſſet ſua membra et fideles ſicut ſe ipſū imortales et ad gloriam reſuſcitare. quam poteſtatē ilico voluit exercere. quia cū eo multa corpora ſanctoꝝ patrum veteris teſtamenti ſurrexerunt ad gloriam. ⁊ apparuerūt mˡtis. vt patet Mathei. xxvij. ¶ Sed vt noˢ poſſemus merita ſue paſſionis participare ipſe voluit inſtituere baptiſmum et cetera eccleſiaſtica ſacramenta quibus cōtulit virtutem ſue paſſionis et reſurrectionis. vt ꝑ illa poſſet merita ſue paſſionis et reſurrectionis in nos traſferre. Et ſic nos recipiēdo baptiſmum ⁊ cetera ſacramenta participamus merita ſue paſſiois ⁊ reſurrectionis. Et ideo quandocunqʒ quis in nomine ſcte trinitatis baptizatur: ilico participat merita paſſionis et reſurrectionis xp̄i. et ꝑ conſequens liberatur a ſeruitute et macula peccati in anima. et meretur reſurgere poſt mortem et liberari ab omnibus penalitatibus corporalibus. et meretur imortalitatem. Ideo dicit apoſtolus ad romanoˢ .vj. ꝙ ſicut omnes ſumus baptizati in xp̄o ita omnes mortui et ſepulti ſumus ⁊ reſurreximus cum eo. quia ſicut xp̄s ſurrexit ꝗ fuit primicie reſurrectionis. ita et nos reſurgemus. Et ſic dicit auguſtinus ꝙ licet ſancti martires et fideles non ſurrexerint in actu per baptiſmum. tamen iam ſurrexerunt in merito. Per quod vult innuere auguſtinus et ambroſius. ꝙ omnes nos ꝑ baptiſmum ſtatim liberamur a peccato in anima. et licet non ilico liberemur ea penalitatibus et miſerijs corporalibus in actu. tamen tunc per baptiſmum liberamur in habitu et in merito. quia meremur reſurgere ad gloriaʒ in nouiſſimo die. Sed cauſaʒ quare ſicut per baptiſmum ilico tolitur peccatum anime. non toluntur iſte infirmitates corporales. et efficimur impaſſibiles et imortales. aſignat auguſtinus libro de baptiſmo paruuloruʒ et. xq̃. de ciuitate dei caplo. iiq̃. vbi aſſignat duplicem cauſam. q̃rum prima eſt. Quia ſi ablato peccato per baptiſmum non relinqueretur nobis experimentum mortis nec aliaꝝ infirmitatum tunc nulla eſſet pugna martirum nec virginum nec alioꝝ iuſtoꝝ. et per conſequēs nulla eſſe eorum corona. quam nullus poteſt adipiſci niſi legitime certauerit. etˡad thimo. iiq̃. ¶ Secunda cauſa eſt. quia ſicut baptiſmus illico tolit peccatum ab anima. ita toleret infirmitates a corpore.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana



et reddcret homines impaſſibiles et imoꝛ
tales.tunc omnes homines mundi curre/
rent ad baptiſmum.non cauſa merendi vi
tam futuram eternam.ſed cauſa perpetu/
andi et gaudendi in hoc mundo.Et ſic nul
lum eſſet meritũ nec deſideriũ vltimi finis

¶ Tercia cauſa poteſt aſſignari.nam ſi p
baptiſmum ilico tolerentur iſte infirmita/
tes que ſunt nobis inſtrumenta op̃andi et
merẽdiper grãm ea q̃ ſunt ſupꝛa hũanam
naturam.tunc ſequeretur ꝙ ruina angeli/
ca non poſſet reparari.quia tunc homines
non poſſet adequari in meritis per graciã
angelis qui ceciderunt. et per conſequens
nõ poſſent homĩes ſedes ⁊ mãſiones eoꝝ
poſſidere.et ſic manet ruina angeloꝝ irri
parata. que niſi per magnam violentiam
non poteſt reparari per homines qui ſunt
inferioꝛis nature. quia regnum celoꝝ viz
patitur.et violenti rapiunt illud.Mathei
.xj.Ex quibus patet ꝙ iſte infirmitates re
licte ſunt nobis poſt baptiſmum pꝛopter
maius bonum noſtrum. et pꝛopter bonuz
curie triumphantis.Et ſic iſte infirmitateſ
ſunt bonis bone: et malis male.quia boĩs
cedunt ad meritum et gloꝛiaz.et malis ad
detrimentum et penam eternam.Et ſic pz
qualiter xp̃s fuit verus et perfectus redẽ
ptoꝛ non ſolum humane nature.ſed etiam
angelice.Ex omnibus etiam dictis in tota
iſta queſtione patet qualiter xp̃s obſerua/
uit et adimpleuit et verificauit legez moy
ſi et totam ſcripturam pꝛophetarũ.et q̃uo
perfecit et conſumauit officium veri meſ
ſye.et per conſequens fuit verus meſſyas
in lege pꝛomiſſus.Sed nunc reſtat reſpõ/
dere ad argumenta iudeoꝝ modernoꝝ in
pꝛincipio adducta.

¶ Ad pꝛimum ergo quando dicunt ꝙ o/
poꝛtet helyam pꝛeuenire aduentuz meſſie
⁊c̃.Reſpondetur ꝙ deus per malachiaz p/
miſerat duplicem aduentum xp̃i cum du/
plici pꝛecurſoꝛe ſicut dictum eſt.Nam pꝛi/
mo pꝛomitit mitere meſſyam ad auferen/
da ſacrificia veteris legis. et ad dandum
ſacrificium mundum et comune omnibus
gentibus.cuz dicit caplo p̊.Non eſt michi
voluntas ĩ vobis dicit dominus exercituũ
et munus non accipiam de manu veſtra.
Ab oꝛtu enim ſolis vſq3 ad occaſus magnũ
eſt nomen meum in gentibus. Et in omni
loco ſacrificatur et offertur michi oblatio
munda ⁊c̃. Item caplo ſecũdo repꝛobat ſa
cerdotium veteris legis cum ſuis ſacerdo
tibus. Item caplo tercio pꝛomitit mitere
xp̃m meſſyam cum ſuo pꝛecurſoꝛe ad illõ
templum ſecundum vt purget filios leui.
et offerant ſacrificia iuſta.vñ ait.Ecce ego
mitam angelum meum qui pꝛeparauit vi
am ante faciem meam. et ſtatiz veniet ad
templum ſanctum ſuum ⁊c̃. Ex quo patet
ꝙ meſſyas pꝛimo erat venturus ad illud
templum cum ſuo pꝛecurſoꝛe. qui fuit io/
hannes baptiſta. vt pꝛobatum eſt et com/
pletum in pꝛimo aduentu xp̃i.Sed in eodẽ
caplo.pꝛomititur meſſyaz venire.q̊.ad iu/
dicium cum dicitur. Et accedam ad vos ĩ
iudicio ⁊c̃. quiquidez aduentus erit terri/
bilis cum dicit in quarto caplo.Ecce enim
dies veniet ſuccenſa quaſi caminus.⁊ erũt
omnes ſuperbi et omnes facientes inpie/
tatem.iſtipula ⁊c̃. Et ĩ iſto aduẽtu ad iudi
cium pꝛomit deus pꝛemitere helyam. cuz
ſubdit.Ecce ego mitam vobis helyam pꝛo
phetam anteꝙ veniat dies domini magnꝰ
et terribilis ⁊c̃. Ex quo patet ꝙ ſicut in p̊
aduentu pꝛemiſſus fuit iohannes baptiſta
ad pꝛeparanda coꝛda illoꝝ ad ſuſcipiendũ
baptiſmum et legem xp̃i.ita ĩ ſecundo ad/
uentu eſt venturus helyas ad conuerten/
dos iudeos obſtinatos a pꝛimo aduẽtu.vſz
ad illud tempus et deceptos per antixp̃m
quiquidem helyas ſimul cum enoch decla
rabit iudeis legem moyſi quãtuz ad veri/
tatem et verum ſenſum eius. et tunc co/
gnita ũitate et fugata cecitate cõuertẽtur
ad xp̃z ĩ nouiſſimo dieꝝ vt hẽtur. 3a. q̃.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Et ideo dicit deus per moyſem illis iudeis
deceptis per antixp̄m. Mementote legis
moyſi ſerui mei ante iudicicium ne moria
mini obſtinati.quia ecce ego mitam vobis
heliam prophetam ante ꝙ̄ veniat dies do
mini magnus et terribilis.qui erit dies iu
dicij generalis. quiquidem helyas conuer
tet cor patrū ad filios ⁊c̄. legez moyſi ſm
verum ſenſum declarando. ne forte quādo
veniam ad iudicium percutiam terram a
nathemathe damnatione.ſi forte inueño
iudeos et ceteros obſtinatos. Ex quo patz
ꝙ helyas non fuit promiſſus in primo ad/
uentu xp̄i.ſed in ſecundo et vltimo. Et ſic
patet reſponſio ad primum argumentum
Ad aliud autem patet reſponſio per ea q̄
dicta ſunt in primo articulo quia xp̄s ſerua
uit legē moyſi litteraliter primo. ⁊ poſtea
declarauit eam doctrinaliter.poſtea imple
uit et verificauit legem et prophetas rea/
liter et exemplariter per ſuam paſſionem.
et c̄. Ad aliud autē patet per omnia dicta
in ſecundo articulo qualiter xp̄s perfecit ⁊
conſumauit totum officium quod pertine
bat ad verum meſſyam. Et ideo fuit verꝰ
meſſyas: Ad aliud quando dicitur ꝙ poſt
aduentum xp̄i non fuit pax vniuerſalis n̄c
gladij conflati ſunt in vomeres.nec come
dit lupus cum oue ⁊c̄. Reſpōdetur ꝙ oīa
illa ſunt ſp̄ualiter et parabolice et metha/
forice intelligenda.ſicut multe alie partes
ſacre ſcripture.Et ſic yſayas tam in ij̊ capi
tulo ꝙ̄ in.xj.et in multis alijs vtitur verb̄
⁊ vocabulis methaforicis.vt manifeſte pꝫ
per magiſtros eoꝝ.Et ideo ſicut yſayas p̄
montes et colles intelligit ſublimes viros
ita per gladios et lāceas intelligit poteſta
tem eoꝝ.vnde per montez domus dn̄i in/
telligit xp̄m meſſyam ſuper quem eſt edi/
ficata tota eccleſia. Et per virtutem mon/
tium. intelligit ſublimitatem apoſtolorūꝫ
et per omnes colles intelligit omnes re/
ges et principes et philoſofos et ſapienteˢ
mundi. Et ſic mons domini qui ē xp̄s fuit
ſitus ſupra vertices apoſtoloꝝ et eleuatuˢ
ſupra oīns reges et principes et ph̄os gē/
tium.de quo dicit yſay.infra.caplo.Lij̊.Ec
ce intelliget ſeruus meus et exaltabitur ⁊
eleuabitur. et ſublimis erit valde.iſte aſp/
get gentes multas ſuper quem continebūt
reges os ſuum ⁊c̄.Per gladios autez ſiue
enſes intelligit yſayas ſcientias humanas
philoſophoꝝ.ſ.phiſicam.et methaphiſicā
et ſcientias mathemathicas.et logicam.⁊
omnes ſcientias argumentatiuas quibus
philoſophi et heretici inuehebant et ipu/
gnabant legem dn̄i et ſacram ſcripturam
vtriuſqꝫ teſtamenti. Per lanceas autē in/
telligit poteſtatem ſecularem qua reges ⁊
imperatores et tyranni infeſtabant et ve/
xabant et perſequebantur eccleſiam dei et
legem domini. Naꝫ philoſophi et ſapiētes
gentium poſtꝙ̄ fuerunt conuerſi ad fidem
xp̄i conuerterunt et conflarunt gladios et
enſes ſuoꝝ argumentoꝝ in vomeres.et i
peratores ⁊ reges conuerterunt lanceas ⁊
arma ſue poteſtatis infalces ſp̄uales ad col
ligendum et metendum fructus ⁊ meſſeꝫ
ſp̄ualeꝫ eccleſiaſticoꝝ ſacramētoꝝ.¶ Ad
cuius intellectum eſt vlterius notandum
ꝙ ſicut terra in culta efficitur ſentoſa ⁊ ce
ſpitoſa et inutilis et infructuoſa niſi colat̄.
et aretur.et vomere ſcindatur.et euertat̄
et euellantur cardones ⁊ gramina ⁊ ſpine
et cetere herbe inutiles.et illa terra arata
et euerſa dequoquatur et torreatur calore
ſolis.qꝛ tunc extrahitur ⁊ fortificatur graſ
ſitudo et virtus germinatiua et nutritiua
que latebat ſub facie terre. Et tunc terra
germinat et fructificat. Ita ergo pariter
ſacra ſcriptura veteris teſtamenti erat ſic̄
terra inculta et ſentoſa habens inſuperfi/
cie ſpinas et herbas inutiles cerimonialiū
legalium ſub quibus latebant graſſitudo ⁊
veritates et fructus euāgelici.Sed vene/
runt auguſtinus et ambroſius et euſebius
et ceteri philoſophi de populo gentili ⁊ cō
uerſi ad fidē xp̄i conflarūt gladios ⁊ enſes

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



philoſophicoꝝ ꝛ dialecticoꝝ argumētoꝝ in vomeres ſpūales cū quib⁹ ararūt et ciderunt et coluerūt agrum in cultuꝫ ſcripture veteris teſtamenti. et euellerūt ſpinas et herbas cerimoniales. ꝛ euerterūt terrā ſcripture quā caloꝛ et influētia ſp̄s ſc̄tus in mentibus eoꝝ decoxit. Et ſic euulſis et relectis herbis et ſpinis cerimonialiuꝫ excuſſerūt et extraxerūt et collegerūt fructus euāgelicos. qui latebāt ſub illa t̄ra inculta et ſetoſa. Et tūc reges et iperatoꝛes et p̄ncipes terre cōuerſi ad fidē xp̄i per iſtos ſacros doctoꝛes. cōflarūt lāceas ſuas ꝛ arma in falces ſpūales. et collegerūt et meſſuerunt meſſeꝫ ſpūaleꝫ ꝛ fructus gr̄e ex ſacra ſcriptura et agro eccl'iaſticoꝝ ſacramētorum. Et ſic ergo auguſtin⁹ conflauit et cōuertit gladios et enſes ſuos in vomeres. quādo cōuerſus ad fidē et baptiꝫatus totā ſuaꝫ philoſophiā et oēs ſciās conuertit in vſum ſacre ſcripture. Naꝫ ex principio methafiſice et naturalis philoſophie ꝓbat poſſibilitatem et moduꝫ miſterij trinitatis et emanatiōis perſonaꝝ. vt patet per omēs xv. libꝛos de trinitate et cōtra maximinuꝫ et oēs arrianos et gētiles. Itē per principia hūaꝝ ſcientiaꝝ et ꝑ dicta poetaꝝ et hyſtoꝛias et āales gētiliū defendit veritatem ſacre ſcripture et defendit ciuitateꝫ dei cōtra gentiles per. xxij. libꝛos de ciuitate dei. Item per eadeꝫ principia defendit veritatem catholice fidei cōtra omnes hereticos. Item per eadē principia confutauit ꝛ confudit ſectnm manicheoꝝ in qua ꝑ nouēꝫ annos laboꝛauit. Item cū eodē vomere excoluit et arauit totam ſacrā ſcripturā ex qua meſſuit meſſem et frugē euāgelicā et repoſuit ī oꝛreo eccl'ie catholice. quo oēs reficimur. Hoc ideꝫ fecit Illarius in libꝛis de trinitate. et Ambꝛoſius. et Euſebius ī libꝛis de p̄paratione euāgelica. qui cū armis gētiliuꝫ confutauit eos. Hoc idē fecit lectātius in libꝛis diuiaꝝ inſtitutionū. Et ſic eſt dicendū de hyeroſo. et oꝛigene. et ceteris qui ab auis et atauis veniebāt de ꝑplo gētili. oīs eiꝫ iſti cōflarūt et cōuerterūt gladios ſuos in vomeres quādo aſſūpſerūt quaſdaꝫ ſententias ꝛ principia philoſophoꝝ tā ꝙ ab iniuſtis poſſeſſoꝛib⁹ et cum illis ſciētijs et argumētis cōfuderūt eos. et ꝓbarūt nr̄m propoſitum. Et ſic conflarūt gladios ſuos in vomeres. Item impatoꝛ cōſtantinus cōflauit lanceas ſuas in falces / quādo conuerſus ad fideꝫ per Siluestrū vrbē romaꝫ cum toto patrimoīo donauit eccleſie. et cōſecrauit domū ſuā in ecc'iaꝫ in honoꝛē ſaluatoꝛis. Et edificauit baſilicas aplo'ꝝ petri et pauli. Et promulgauit decretū de eccleſijs edificādis ꝛ de fide euāgelica ꝑ totū oꝛbem p̄dicāda. Et ita fecerūt oīs reges mūdi ad fidē cōuerſi. Et ſic qui ante fuerāt parſecutoꝛes facti ſūt fidei xp̄i cultoꝛes et bonoꝝ ſpūaliū meſſoꝛes. Et ſic eſt intelligenda illa prophetia yſaye. ¶ Ita ꝰ pariter methafoꝛice ſunt intelligēda verba yſaye. xj. Nam ſicut xp̄s meſſias methafoꝛice d̄r virga de radice ieſſe et flos eius. ita pariter imperatoꝛes et reges dn̄r leones. et tyrāni dn̄r lupi. Et doctoꝛes dn̄r cerui. Unde tūc lupus comedit cū agno. qn̄o paulus qui erat lupus rapax perſecutoꝛ eccl'ie cōuerſus ad fidem factus eſt apl'is. Et tunc pardus cū edo accubuit. qn̄o arriani et ceteri heretici cōuerſi et recōciliati ſūt ad fidem catholicā. Et tūc vitulus et leo ꝛ ouis ſimul moꝛabūtur. quādo oīs reges et p̄ncipes et tyrāni petulātes et ſuperbi perſecutoꝛes eccl'ie cōuerſi ſūt ad fidem. et ſimul cum ſimplicibus fidelib⁹ quos ante perſeq̄bantur. habitarūt ī eadē eccl'ia. Et vno coꝛpoꝛe xp̄i et calice participarūt. Et ſic patet qualiter philoſophi gētiū ꝯflarūt gladios ſuos in vomeres et principes terre lāceas ſuas in falces. et qualiter lupus et ouis et pardus cū agno. et vrſus et leo paſcuntur ſimul cum oue et agno. Que omnia fuerunt completa ꝑ cōuerſiōꝫ ꝑp'li gētilis. Et ſic fuit f̄c̄a pax int̄ deū et hoīes et int̄ ꝑp'lꝫ gētilē et eccl'iaꝫ vniūſaliter ꝑ totū oꝛbem.

.f.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

¶ Et nota ēt. ꝙ illa ꝓphia fuit litt͛alit͛ ad
tpe ī aduētu xp̄i verificata. Nā cū ante ad
uētū xp̄i per ciuilia bella geſta inter mari/
um et ſillā. Et exīde inter ceſarē et pōpeuꝫ
Demū inter octouianū et marchū antoniū
ad modū tot᷒ orbis fuiſſet vexatus. tm̄ fi/
naliter omīb᷒ inimicis ꝑ octouianuꝫ deui/
ctis q̄i totus mūd᷒ ſub octouiano p. xxxx.
annos īplacida pace quieuit. Nā tūc egipt᷒
dalmacia. rethia. vindelicia. pannonia. et
om̄s pōti ciuitates prouincie ſub romano
impio fc͂e ſūt. Itē dacos. germanos et cā
tabros yſpanoꝝ ferociſſimas gn̄s ipē oc/
touianus ſuo ſubiecit īpio. Itē ab armenia
et parthia obſides recepit. Et perſe et par/
thi ſigna romana q̄ quondā craſſo victo ac
cepāt ſibi reddiderūt. Itē ſcite ꝛ indi ꝛ fa/
moſiſſima inſula tata ꝓbana quib᷒ ante no
mē romanū incognitū fuerat. legatos cuꝫ
munerib᷒ ſibi deſtinarūt. In cui᷒ dnē octo
uiani q̄dragintesimo ꝙ āno nat᷒ fuit x᷒. dū
totus orbis lōga pace fruerat͛. in quo tp̄e
bella intātū fuerāt obliuioni tradita. ꝙ q̄i
oīa arma erāt in vomeres et ceťa ruſtica/
lia inſtrumēta ꝯflata. Ex quib᷒ pꝫ. ꝙ ꝓphe
tia yſaye ēt tp̄aliter fuit in xp̄i aduētu ve
rificata. ſed ſenſus ſp̄ualis eſt ſemꝑ ample
ctendus. Et hoc de q̄rta q̄ſtiōe.

Quia viſum ē in precedenti que
ſtione qualiter lex moyſi fuit
litteral͛r ſeruanda vſqꝫ ad de
clarationeꝫ faciendaꝫ per xp̄ꝫ
Et viſum eſt qualiter xp̄s declarauit legē
moyſi. et viuificauit legē et ꝓphas ꝑ legem
euāgelicā. Et ꝑ cōſequēs ceſſante lege mo
yſi quo ad cerimonialia debet obſuari lex
euāgelica et ſuccedere tanꝗ veritas legis
et ꝓphaꝝ per xp̄ꝫ declarata exēplariter et
et doctrinaliter. Ideo querit͛ quinto. Utrū
ceſſante lege moyſi / lex euangelica debeat
ſuccedere legi moyſi tanꝗ dignior. Et ar/
guūt iudei moderni. ꝙ non. Et hoc ꝓbant
quadrupliciter. et primo ſic. Quia lex mo
yſi eſt dignior ꝛ maior ꝗ lex euāgelica ma

.5. questio //

ioritate miracloꝝ. qꝛ maiorib᷒ miraculis
eſt cōfirmata. qꝛ maiora miracula fecit mo
yſes ī lege veteri. ꝗ xp̄s in lege euāgelica
Nā moyſes cuꝫ magnis ſignis et portētis
eduxit iſrl͛ de egipto. et diuiſit mare rubrū
in diuiſiōes. Et ꝑcuſſit petrā et fluxerunt
aque. Et fecit pluere māna de celo p. xxxx
annos ꝛc̄. ſed nunꝗ xp̄s fecit tangrandia
miracula. g͛ lex moyſi ē maior ꝗ lex euan
gelica dignitate ꝛ magnitudīe miracloꝝ
ergo ſibi nō debuit ſuccedere. ¶ Secūdo
arguitur ſic. nam nunꝗ in certuꝫ debet ſuc
cedere certiori. nec ip̄ꝫ abolere. ſꝫ lex moy/
ſi ē certior ꝗ lex euāgelica. g͛ nō debꝫ illa
cedere et iſta ſuccedere. minor probat͛. Naꝫ
illa ē certior certitudīe legis cōditoris. qꝛ
fuit ſc̄pta digito dī exodi. xxxi. ꝛ deuťo. ix.
Sed iſta eſt ſcripta digito hoīm. ſ. quatuor
euāgeliſtaꝝ hoīm ruſticoꝝ et impitoꝝ.
Itē illa eſt certior rōe teſtium. qꝛ eſt teſti/
ficata per moyſen qui locut᷒ ē cū deo. quo
nō ſurrexit maior ꝓpha ante nec poſt. deut͛
vltimo. Sed lex euangelica nō eſt teſtifica
ta niſi ꝑ hoīes ruſticos et imperitos ꝛc̄.
¶ Tercio arguūt ſic. lex impoſſibilis non
debꝫ ſuccedere legi poſſibili ꝛ vere. ſed lex
euāgelica eſt īpoſſibilis et mēdax in credē
dis. nā credit et colit tres deos. ſ. prēꝫ ꝛ fi/
lium et ſp̄mſcm̄. qd̄ eſt impoſſibile et ī le/
ge ꝓhibitū. que dicit audi iſrl͛. dn̄s de᷒ tu᷒
vnus eſt. deuťo. vi. Item credit deuꝫ factū
hoīeꝫ ꝛ incarnatū. et credit panē fc̄m deū
et hoīeꝫ in ſacramēto altaris. que oīa ſunt
impoſſibilia. Et ſic lex euāgelica ē impoſſi/
bilis et blaſfema ī credēdo. et ꝑ ꝯn̄s nō de
bet ſuccedere legi moyſi. que eſt ſc̄a ꝛ vera
¶ Quarto arguūt ſic. lex euāgelica ē ſa/
crilega et irreligioſa in cultu ſuo. naꝫ ado/
rat hoīeꝫ xp̄m. et adorat paneꝫ in altari. et
adorat lignuꝫ et lapidē in cruce et ymagi/
nib᷒. g͛ eſt ſacrilega et ydolatra cōtra pri/
mū preceptū prime tabule. Et ſic pꝫ qualit͛
lex euāgelica eſt indignior et minor in mi
raculis et incercior in teſtib᷒. ꝗ lex moyſi

3

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



et eſt impoſſibilis ⁊ falſa in ſua fide ⁊ ſacri/
lega in ſuo cultu.et per conſequens nõ de/
bet ſuccedere legi moyſi.que eſt dignioꝛ ⁊
certioꝛ et vera et religioſa. etiã nulla alia
debet ſibi ſuccedere. In oppoſitũ eſt apoſto/
lus per totã epiſtolam ad hebꝛeos vbi pro
bat legeꝫ euangelicam eſſe melioꝛem lege
veteri. tum ratione legis latoꝛis tum ra/
tione ſacerdotij tũ ratione ritus ⁊c̃. vñ ait
capᵒ.viijᵒ.ꝙ xp̃s melius ſoꝛtitus eſt miniſte
rium quanto melioꝛis teſtamẽti mediatoꝛ
eſt.qd̕ in melioꝛibus repromiſſionibus ſan
citꝰ eſt etc̃. Reſpondeo in hac queſtione.
erũt tres articl'i. In pꝛimo videbitur qua/
liter lex euangelica eſt dignioꝛ et maioꝛ le
ge moyſi magnitudĩe miracloꝝ.⁊ certioꝛ
certitudine teſtium. In ſecundo videbitur
qualiter lex euangelica eſt poſſibilis et ra/
tionabilis in credendo. In tercio qualiter
eſt pia et religioſa in ſuo cultu.

¶ Quantum ad pꝛimũ ponitur pꝛima cõ
cluſio.ſ.ꝙ maioꝛa miracula fecit xp̃s ⁊ a/
poſtoli in lege euangelica ꝙ̃ moyſes in le
ge veteri.pꝛobatur. Nam maioꝛa miracu
la ſunt illa que non poſſunt fieri per natu/
ram ꝙ̃ illa que fieri poſſunt per naturam.
ſed miracula que fecit moyſes poterãt fie
ri partim per naturam.nã naturaliter poſ
ſũt fieri rane et muſce ex putrefactione ꝑ
ſolam influentiaꝫ celi.⁊ naturaliter ex con
curſu vẽtoꝝ poteſt diuidi mare vſqꝫ ad ſo
lum et apparere arida.vt frequenter viſuꝫ
in tempeſtatibus. Item aſtrahere aquam
ex rupibus partim poteſt fieri per arteꝫ ⁊
naturam. Nam vene aquaꝝ tranſeũt quã
doqꝫ naturaliter ꝑ rupes et per viſcera tre
ſed per artem quis poteſt perfoꝛare rupeꝫ
cum aceto et maleo et fodere terrã et edu
cere aquã ſicut fit in puteis. Ideo dicit Ra
bi moyſes de egipto ꝙ miracula que fecit
moyſes poterant naturaliter fieri. Sꝫ mi/
racula que fecit xp̃s totaliter erant ſupꝛa
naturam.ita ꝙ nullomodo poterãt fieri ꝑ
naturaꝫ.naꝫ reſuſcitare moꝛtuũ quatriduanum et fetẽteꝫ nullo m̃ poteſt fieri ꝑ na/
turaꝫ.et imperare mari et vẽtis et demo/
nibus.et ad ſuum pꝛeceptũ ſanare ſubito ce
cũ a natiuitate.et paraliticos et ceteros in
firmos.oĩo erat ſupꝛa naturã et impoſſibi
le ip̃i nature. Et ſic multa maioꝛa fuerunt
miracula xp̄i ꝙ̃ moyſi. Iteꝫ multo maius
factũ fuit comminuere oĩa ydola mũdi ⁊ cõ
uertere totũ ꝓplm gẽtilem ab ydolatria ad
fideꝫ.ꝙ̃ educe ꝓplm iſrl' de egipto ⁊c̃. Et ſic
patet.qualiter lex euãgelica eſt dignioꝛ et
maioꝛ lege moyſi magnitudine miraculo
rum. et maioꝛibus et pluribus miraculis
confirmata ad ſolum imperium ip̃ius xp̄i
⁊ in ſolius noĩs ihu virtute. vt pꝫ ꝑ diſcur
ſuꝫ euãgelicuꝫ et actus apłoꝝ et yſtoꝛias
ſc̃oꝝ. Item multo maioꝛa miracula fue/
runt ſp̄ualia ⁊ inuiſibilia que fecit xp̃s qui
nõ ſolum ſanabat oẽs in coꝛpoꝛe.ſꝫ etiaꝫ in
aĩa.ſed qꝛ iudei non concedunt iſta inuiſibi
lia.tñ non poſſunt negare cõuerſioneꝫ gẽ/
tilium. Et ſic licet miracula facta per moy
ſen fuerint vera miracula ⁊ magna ⁊ ſuꝑ
naturam.tamen miracula xp̄i fuerũt mul
to maioꝛa.et hoc dupliciter. Pꝛimo quia
oĩo et non ſm̃ partẽ erãt ſupꝛa naturam.
Secundo.qꝛ moyſes opabatur inuocando
deuꝫ tanꝙ̃ miniſter. xp̃s aũt imperando tã
ꝙ̃ deꝰ et dñs nature. ¶ Tercia cõcluſio
ꝙ lex euangelica eſt certioꝛ et magis au/
tentica certitudĩe teſtiũ et ſcriptoꝝ ꝙ̃ lex
moyſi.pꝛobatur. Nam illa lex eſt certioꝛ q̃
habet ſcriptoꝛes ⁊ teſtes minus ſuſpectos
ſed lex euangelica eſt huiuſmodi reſpectu
legis moyſi. ergo eſt certioꝛ. Maioꝛ patꝫ.
Minoꝛ pꝛobat̃. Nam ip̃emet moyſes fuit
ſcriptoꝛ ⁊ ſolus teſtis ſue legis.qꝛ ip̃e ſcrip
ſit eam et dixit qualiter locutus eſt cũ deo
in mõte ſynay. et qualiter deus dedit ip̃aꝫ
legem ſibi vt pꝛomulgaret eam illi poplo
ſuo. Sed in hoc nullum habet teſteꝫ niſi
ſe ip̃m. ergo non eſt ſimpliciter ſibi credẽ
dum.quia nullus poteſt facere teſtimoni/
um de ſe ip̃o.nec tale teſtimoniũ ẽ accepta

f.2.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

bile in foro iudiciali. xp̄s aūt nichil ſcripſit
in cartis. ſed ſcripſit legem ſuam in cordi/
bus hominū predicando et miracula faci/
endo. miraculis et operibus teſtimonium
de ipō perhibentib⁹. Sed quatuor euange
liſte et duodecim apoſtoli. et ſeptuaginta
et duo diſcipuli hec oīa viderūt ꝛ ſcripſe/
runt et teſtimonium perhibuerunt de ge/
ſtis et factis et dictis eius. Et ideo tales te
ſtes et in tanto numero de neceſſitate ſunt
credendi. nec eoꝝ teſtimonium eſt ſuſpec/
tū. quod non eſt dicēdū de moyſe qui ſol⁹
teſtimonium prebet de ſe ipō in ſua lege.
ꝓpter qd̄ dixerūt aliqui gentiles ꝛ hereti/
ci ꝙ moyſes ficto modo et cū dolo decepit
illū ppl̄ꝫ figēdo ſecū dn̄ꝫ fuiſſe locutū. Et ꝙ
vel mentitur vel ꝙ fecit illa miracula ī ſo
la aparentia ꝑ artes magicas. Sed ad hoc
reſpondent iudei ꝙ moyſes oīa illa miracu
la fecit euidenter coraꝫ toto illo pplo et eui
denter. puta illa decem ſigna in egipto. et ī
deſerto percuſſit ptram et fluxerunt aque
ꝛc̄. Item dn̄ꝫ hoc ideꝫ teſtatur de moyſe cū
ceteris ꝓphetis. Sed ad hoc inſtando di/
cent heretici ꝛ gentiles ꝙ hoc non probat
factum. ſed magis reddit ipm̄ ſuſpectum
naꝫ ipemet ſcripſit illos quinqꝫ libros. qui
narrando ſua geſta dicit ſe feciſſe illa mira
cula coraꝫ illo populo. et accepiſſe illaꝫ le/
gem a deo. Sed nullus alius reperitur qui
talia ſcripſit in illo tempore/ nec dixerit ſe
vidiſſe. Unde eodē modo quis poteſt finge
re ſe fuiſſe in perſia aut armenia et ſimilia
et maiora opera feciſſe coraꝫ populo. ſicut
fecit maniche⁹ nominās ſe terciū decimuꝫ
apoſtolū xp̄i. Et machometus qui dixit ſe
aſcendiſſe in celum cū angelo gabriele / et
accepiſſe alcoranū a deo. prout ſcribitur in
libro qui dicitur almobarag. Et ſic etiam
moyſes potuit decipere illuꝫ populū / ſicut
manicheus et machometus. Et ſic et dn̄
et ceteri poſteriores potuerūt decipi ī fide
moyſi credēdo ſibi. ſicut ſarraceni decipiū/
tur prebēdo fidē et credere verbis macho

meti prebentis teſtimoniū de ſe ipō. Qua/
re ſicut teſtimōꝫ illoꝝ nō eſt acceptādus tā/
ꝙ ſuſpectū. ita nec teſtimonium moyſi. Et
ſic manet lex moyſi ſuſpecta propter defe/
ctū teſtium et ſcriptoꝝ. Et lex euangelica
manet probabilis et credibilis. Sed eſt di/
cendū ſm̄ veritatem. ꝙ lex moyſi licet ſit
vera et a deo vero data ſm̄ ꝙ probat apl̄s
ad hebre. et Auguſti. contra fauſtū et con/
tra aduerſarium legis et ꝓphaꝝ. tn̄ eccia
nō crederet legi moyſi niſi qꝛ x⁹ auctoriza
uit eam allegando frequenter legē ꝛ pro/
phetas. ymo dixit ꝙ non venit ſoluere le/
gem aut ꝓphas. ſed adimplere. Math. v.
Itē iohānis. v. dixit. ſi crederetis moyſi. cre
deretis forſitan et michi. qꝛ moyſes de me
ſcripſit. Item Luc. xxiiij. incipiens a moy/
ſe et prophetis interpretabatur illis duo/
bus diſcipulis oīa que de eo ſcripta erant
ꝛc̄. Ex quib⁹ patet ꝙ lex moyſi et ſcriptu/
ra prophetaꝝ intātuꝫ eſt nobis credenda.
inquantū fuit teſtificata et auctorizata per
xp̄m. Ex quibus oīnibus ſequitur ꝙ lex e/
uangelica eſt oīo perfectior et dignior et
certior lege moyſi. non ſolum ratione mi/
raculoꝝ. ſed etiā ratiōe legis legiſlatoris
qui ē xp̄s de⁹. et rōe teſtiū et plurium ſcri/
ptoꝝ ydoneoꝝ et auctenticoꝝ. Et ideo de
bet ſuccedere et ſilentium imponere legi
moyſi tanꝙ veritas figure et ſignatū ſuo
ſigno. et ſicut lux fugat tenebrā et vmbraꝫ
Et hoc de primo articulo.

Quantū ad ſecūduꝫ articulum eſt no/
tanduꝫ. ꝙ licet articuli fidei xp̄iane
nō ſint demonſtrabiles nec poſſent a nobis
in via demonſtrari de facto. tamen eoꝝ poſ
ſibilitas non ſolum eſt nobis probabilis. ſꝫ
etiam demonſtrabilis ex primo ſuo funda/
mento. Unde licet deum eſſe incarnatū non
poſſit demonſtrari. tamen deuꝫ potuiſſe in/
carnari eſt demonſtrabile ut. patebit. qꝛ oēs
articuli fidei ſunt poſſibiles. ſed in eoꝝ poſ
ſibilitate eſt ordo. nam articuli fidei ita ſūt
ordinati. ꝙ vnus preſſuponit alteruꝫ ī ſua

De articulis fides
& de possibilitate ipsorum
[illegible] demonstrabili

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

 Biblioteca Valenciana

poſſibilitate.et ſic priores in ſua poſſibilita
te vſqꝫ ad primū articulū.ſ.articulū trini/
tatis qui eſt cauſa omniū articuloꝝ in ve/
ritate et poſſibilitate.nā ex veritate et poſ
ſibilitate articuli trinitatis infertur veri/
tas ⁊ poſſibilitas articli creatiōis.et ex poſ
ſibilitate articuli trinitatis et creatiōis in/
fertur poſſibilitas incarnationis.⁊ ex poſ/
ſibilitate incarnationis infertur poſſibili/
tas auctoritatis xp̄i.et inſtitutionis eukꝛa/
riſtie.et poſſibilitas paſſionis et reſurrec/
tionis.et liberationis patrū de inferno et
totius nr̄e redēptionis ⁊c̄.Et ſic oēs arti/
culi fidei preſuponūt articulum trinitata/
tis perſonaꝝ in vna ſubſtantia in diuinis.
Sed poſſibilitas articuli trinitatitis funda
tur in quadaꝫ veritate infallibili et neceſſa
ria et demoſtrabili per oēs philoſophos.
ymo iam per eos demoſtrata. Ad cuiꝰ in/
tellectum eſt iterum notādū ꝙ inter cete/
ras propietates et ꝑfectiones primi entis
qui eſt deus.ſeptē propietates ponit ariſto
tiles et comentatoꝛ.xq̊.methafice.et aui/
cena et algazel in ſua methafiſica. Primo
ꝙ deꝰ ē actꝰ purꝰ et ſimpliciſſimꝰ et primū
neceſſe eſſe et indepēdens.ex quo ſequitur
ſecūdū.ſ.ꝙ eſt ſummū et primū intelligibi
le.Tercio.ꝙ eſt ſe ip̄m intelligens. Quar
to.ꝙ eſt ſummū bonū et primū appetibile.
et per conſequens ſe ip̄m amans ⁊ diligēs
Quinto.ꝙ ſua intellectio et volitio eſt ſua
ſubſtantia eo ꝙ intelligit et diligit ſe ꝑ ſuā
ſubſtantiam et eſſentiaꝫ. Sexto dicit ꝙ ab
iſto primo ente et primo intelligibili et ap
petibili ſe intelligēte et amāte dependet to
tum celuꝫ et natura.Septimo dicit ꝙ oēs
ſecūde intelligentie mouent et gubernant
omnia iſta inferiora propter iſtuꝫ deū ama
tum et deſideratū. Ex iſto ergo fundamen
to et veritate infalibili et neceſſaria et im/
poſſibili aliter ſe habere infert Auguſtinꝰ
in libro.xv.et in ceteris libris de trinitate.
et cōtra maximinū et ceteros arrianos to
tum miſterium trinitatis. et productionū

duarum perſonaꝝ diuinarum aprima.Et
hoc idē faciūt oēs ceteri doctores. Vnde
dicit auguſtinus.ꝙ quia intellectus in in/
telligendo format conceptum diffinitiuuꝫ
rei intellecte vt inquit ariſtotiles.vq̊. me/
thafiſice quidꝺeꝫ conceptus dicitur diffini
tio. eo ꝙ includit et comprehendit oēs fi
nes et partes rei intellecte et comprehen/
ſe.Et dicitur etiā terminus rei.eo quia cō
prehendit et ambit oēs terminos rei. et
ambit et terminat eam.vt pꝫ ibideꝫ.Quaꝫ
diffinitioneꝫ ſiue cōceptum.greci appellāt
logos.i.verbuꝫ diffinitiuū. Et ideo cū deꝰ
perfecte et complete intelligat et cōcipiat
ſe ip̄m ſe toto et ſm̄ ſe totuꝫ/neceſſe eſt.vt
de tota ſciencia et intellectione ſua que eſt
ſubſtantia ſua dicat et producat tale verbuꝫ
diffinitiuuꝫ ſui ip̄ius. quo ſe ip̄m diffiniat
et comprehēdat. Sed quia ſuū intelligere
et dicere eſt ſuum eſſe et ſua ſubſtantia et
eſſentia. Ideo illud verbum dictū et ꝓdu/
ctū de tota eſſentia et ſubſtantia dei neceſſe
eſt.ꝙ ſit deus. Quia deus pater intelligen
do ſe totū. et dicendo tale verbum de tota
ſua ſubſtantia.comunicat illi verbo totam
ſuaꝫ ſubſtātiaꝫ et eſſe et eſſentiaꝫ. cū ibi eē
et intelligere ſit ſua eſſentia et ſubſtania ⁊
eꝫ.Et ſic eadeꝫ ſubſtātia et eſſentia ē i ver
bo et in ip̄o p̄re dicēte.et per cōſequēs idē
deus eſt verbum cū dicente.Sed quia hoc
verbum naſcitur a dicente per moduꝫ na/
ture.qꝛ totaliter ē ymago dicētis et intel
ligentis.qꝛ totaliter exp̄mit et diffinit ip̄ꝫ
Ideo ſacra ſcriptura hoc verbum appellat
filium.et dicentem appellat patrem.
¶ Et rurſus ſicut proprium ē intellectui
intelligere et ex intellectione formare dif
finitionem ſeu verbū diffinitiuū.ita ꝓpꝛiuꝫ
eſt voluntati velle et diligere bonū intel/
lectum. et aſpirare amorem in eo de tota
illa dilectione.quo amore ſe toto diligat ſe
totum ſumū volitum et amatum quem a/
morem ſic aſpiratū.ſcriptura apellat ſp̄m
ſanctum. Vnde ſicut pater intelligendo ſe



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

formant.i. dicit verbum de tota ſcientia et
ſuabſtantia ſua.cui verbo comunicat totaȝ
eandeȝ ſuam ſubſtantiaȝ et eſſentiaȝ et eſſe.
in quo et per quod verbum pater ſe totuȝ
diffinit et cōprehendit tanq̄ per ſuā yma/
ginem coequaleȝ et perfectam.in quo ver
bo ſicut ſe intelligit eſſe ſūmuȝ ens ⁊ intel
ligibile.ita itlligit ſe ſūmuȝ bonuȝ amabile
et appetibile.et ideo abſq3 aliquo medio ſic̄
intelligit ſe in verbo, ita diligit ſe in verbo
et verbum in ſe.Et ſic ꝑ modū voluntatis
producit et ſpirat amoreȝ de ſūmo bono in
tellecto. Et ſic ſic̄ pater intelligēdo comu/
nicauit verbo totam ſuā ſubſtantiā et eēn
tiā. Ita paſ ſimiľ cū v̄bo diligēdo comuicat
ſp̄ui ſc̄to eādeȝ ſubſtātiam eſſentiā/que pri⁹
comunicata fuit verbo. Et ideo ſic̄ filius ꝓ
cedit a ſolo pr̄e ꝑ generationē. ita ſp̄s ſc̄s
non ſolum procedit a patre.ſed etiaȝ proce
dit a verbo ſeu filio per aſpirationē. eo qꝛ
ſubſtātia que comunicatur ſp̄ui ſc̄to/ prius
fuit comunicata filio a patre. et ſic eadem
ſubſtātia comunicatur ſp̄ui ſc̄to ab vtroq3
tanq̄ ab vno principio.vnde ſic̄ intelligere
precedit diligere. ita dicere precedit aſpi/
rare.ſicut nichil diligitur niſi precognituȝ
Ex quib⁹ patet q̄ eadeȝ ſubſtantia ⁊ eſſen/
tia quam pater habet a ſe comunicatur fi/
lio a pr̄e per generationeȝ.et eadeȝ comu/
nicatur ab vtroq3 ſp̄ui ſc̄to pē aſpirationeȝ
Et ſic manet vnus ſolus deus eſſentialiter
et ſubſtantialr̄ et exiſtenter in tribus pſo/
nis.poſtq̄ in tribus pſonis nō eſt niſi vna
eſſentia et ſubſtātia et vnuȝ eſſe.per quam
eēȝ et ſubſtātiaȝ diuinaȝ et ꝑ qd̄ ēe vnaq̄q3
perſona dicitur deus.et dicif ens et ſubſtā
tia.et dicitur habere ēe ſimpľr.quia pater
nō eſt deus nec ens nec ſubſtātia per pater
nitatē.ſed ꝑ deitatē.q̄a paternitas nō ꝯſti/
tuit patrē in eſſe diuino. et ſubali nec in ēe
exn̄tie.ſȝ ſoluȝ ꝯſtituit patreȝ in eſſe pſona
li et patno.Et ſic eſt dicendū de filiatiōe re
ſpectu filij. ⁊ de aſpiratiōe paſſiua reſpectu
ſp̄s ſc̄i. Et ideo pater et fili⁹ et ſp̄s ſc̄s nō

ſūt tres ſubē nec tria entia.nec tres pſone
abſolute.ſed ſūt tria relatiua.ſiue tres per
ſone relatiue.quia relatiōēs nō poſſūt mľ/
tiplicare ſubaȝ.nec multiplicare ens.q̄a nō
ſūt entia nec ſunt aliq̄.ſed ad aliq̄. vt ait
ariſtoti.et aug⁹ ꝯtra maximinū. Ideo iſte
tres perſone dn̄r realiter diſtincte non. q̄
ſint tres res abſolute nec tria entia.ſȝ tres
res relatiue.ſed dn̄r tres res reales inq̄n/
tuȝ pater realr̄ ꝓducit verbū reale.et pr̄ et
filius realr̄ aſpirāt ſp̄m ſc̄ȝ realeȝ.Et p̄ pſo
na ita eſt pater.q̄ nō fili⁹ nec ſp̄s ſc̄s.eo qꝛ
eſt a ſe.et non ab alio.nec generatur nec
aſpiratur. Et filius ita generatur a patre.
q̄ non generat.nec aſpiratur. Et ideo nec
eſt pater nec ſp̄us. ſed verbum et filius.
Et ſp̄s ſc̄s ita aſpiraf ab vtroq3 q̄ nec ge/
nerat.nec generatur.nec aſpirat.ſed ſolus
aſpiratur.ideo ſolus eſt ſp̄s ſc̄s. Et ſic vna
perſona negatur de altera non ſubſtātiali/
ter nec realiter abſolute/ ſȝ realiter reala/
tiue.inq̄ntū vna alteri relatiue opponitur.
Et ſic manet vnū ſoluȝ ens abſolutū in tri
bus perſonis relatiuis. nō q̄ de⁹ ſit vnum
ens abſolutū ꝑ ſe ſine vel preter illas tres
perſonas relatiuas. qꝛ nec per ſe facit per
ſonaȝ ſine illius trib⁹.nec reperitur in aliq̄
alia perſona p̄ter q̄ in illis trib⁹.nec deus ē
aliud q̄ ille tres perſone.nec ille tres pſo/
ne ſunt aliud q̄ vnus de⁹.Sed eſt aduertē
dum. q̄ iſta trinitas perſonaꝝ in diuinis
non eſt inuēta et reperta in ſola xp̄iana re
ligione.qꝛ iam fuit memorata ab antiquis
ph̄is.Nam ariſtotilis.xij. methaſiſice im/
plicite et confuſe ponat iſtam trinitatē di/
cens. q̄ in diuinis eſt deus intelligens. et
ſua intellectio eſt ſua ſb̄a.⁊ ſua volitio in q̄
felicitatur. tamē plato in thimeo et i ep̄la
ad dioniſium clare diſtinguit iſtam trini/
tatem perſonaꝝ ſm ordineȝ intelligēdi et
diligēdi ſe in deo.dicens q̄ de⁹ intelligēdo
ſe format verbum ſibi cōſubſtantiale et co
eternum.qd̄ verbum quādoq3 nominat fi
lium.et qn̄ȝ noīat ſp̄m ſc̄dȝ deū creatorem

quid aristoteles [illegible]
et plato.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana


oīum. eo ꝙ in illo verbo ſunt ydee et exē/
plaria et forme omnium reꝝ creaturaruꝫ
Et ſimiliter ponit ſpm dei penetrare et vi/
uificare oīa creata. quē appelāt aīam mūdi
qđ allegās virgilius in ſexto dicit. princi/
pio celuꝫ terras cāpoſqꝫ liquētes lucētēqꝫ
globū lune, titaniaqꝫ aſtra ſpš intus alit. to
tamqꝫ agitat molem et magno ſe corpore
miſcet ꝛc. Jt in ꝑ. georgicoꝝ. quaꝫ dixere
deū nāqꝫ per oīs terraſqꝫ tractuſqꝫ maris
celūqꝫ profunduꝫ ꝛc. Et ſic plato et multi
philoſophi antiqui poſuerūt trinitateꝫ i di
uinis / apellantes primā perſonaꝫ patrē. et
ſecūdā verbuꝫ et filiuꝫ. et terciā apellabāt
ſpm dei et aīam mūdi dicentes. ꝙ pater ꝑ
verbū oīa produxit. et per ſpm oīa viuifi/
cat et mouet. vt patet in thimeo platonis
et in libris de re publica. et in epl'a ad dio/
niſium. et in epiſtola ad eraſtum et chori/
ſcuꝫ. Jdē plotinus in libro de tribus ypoſta
ſibus a quibus omnia principiuꝫ habent.
Et dicit plato ꝙ iſte tres perſone non ſunt
plures ſubſtantie ſed vna tātuꝫ. Et ꝙ ver/
bum dei eſt ipe deus / et ſpš dei eſt ipe deus
Et ſic taꝫ plato ꝙ̄ ſocrates cōcedebāt iſtas
tres ꝑſonas in deo. Et ideo pigtagorici xp̄ī
iſtam trinitatem colebant vnum ſoluꝫ deū
ſub triplici honore. ſ. adoratione. ꝛ oblatio
ne. et orōne laudis. vt patet primo de celo
et mundo. Ex quibus patet. ꝙ deum eſſe
trinum et vnum non eſt articulus fidei cū
naturalitir ſit demoſtrabile ꝛ probabile a/
pud phos. ſed iſtas tres diuinas perſonas
eſſe realiter diſtinctas in vna ſimplici eēn
tia et ſubſtātia. eſt articulus fidei / prout po
nit et credit fides catholica. Jtem ſequitur
ꝙ licet philoſophi peruenerīt naturaliter
in cognitionem iſtaꝝ trium perſonaꝝ ſic
confuſe in quātuꝫ nouerunt deum eſſe pri/
muꝫ intellectum / et primūꝫ princium oīuꝫ
prout dictum eſt. tamen naturaliter nō po
tuerunt peruenire ad modum emanatio/
num duaꝝ ꝑſonaꝝ a prima. et quomodo
iſte tres perſone ſunt realiter diſtincte. ni
ſi deus reuelaſſet hoc ſpecialaliter ꝛ diſtin/
cte in nouo teſtamēto. Et ſic eſt articulus
fidei. Et ideo beatꝰ auguſtinus ſpiritu ſcto
illuſtratus iſtas emanationes et origines
et diſtinctiones perſonaꝝ lucide et clare
diſtinxit in libris de trinitate. per cuius do
ctrinam xp̄iana religio ſe poteſt defendere
ab omni incurſu phoꝝ et infidelium. ymo
quanto quis magis eſt inſtitutus in vera
phia ꝛ methafiſica. citius adherebit et aſ/
ſentiet veritati fidei catholice et articulo
trinitatis perſonaꝝ cum ſimplicitate diui
ne eſſentie. Ex ſupradictis patet non ſoluꝫ
poſſibilitas ſed etiam veritatis articuli tri
nitatis contra miſeros et cecos iudeos qui
hoc reputāt impoſſibile. Sed ne miꝝ quia
non ſolum ſunt obcecati in intelligentia ſa
cre ſcripture. ſed etiā ſunt ignari vere phi
loſophie.

¶ Habita ergo cognitione trium diuina/
rum perſonaꝝ per emanationem ſecunde
perſone qđ eſt verbum a prima perſona q̄
eſt pater. et per emanationem ſpūs dei ab
vtraqꝫ. deuenerūt etiam philoſophi ad co
gnitionem creationis creaturaruꝫ ꝑ ema/
tionē a verbo diuino. vnde dicit plato
ꝙ ſicut verbum diuinum emanat a patre
ita omnia iſta entia emanant a diuino ver
bo per creationem. Et ſicut verbum ema
nat a patre tanꝙ ſcientia a ſciente. ita oēs
artes et ſcientie emanant a verbo diuino
in homines. vnde inꝙ epicarinus comicꝰ
diſcipulus platonis. ꝙ diuinum verbum
artes hominibus ſuggerit. docetqꝫ facere
quod conducit. non inuenerunt enim ho/
mines artes. ſed eas verbum hominibus
immiſit. verbum autem hominum a diui
no verbo defluxit. Et ſic dicit plato ꝙ ſicut
illud diuinū verbum fluit et emanat a pa/
tre. ita omnia creata emanant a verbo. ſꝫ
iſtam emanationem multo clarius decla/
rat auguſtinus et doctores catholici ponē
tes multiplicem differentiam inter iſtam
emanationem creaturarum a verbo et il/
lam verbi a patre. Naꝫ ibi verbum primo



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

emanat a patre dicente per modum natu/
re. ideo dicitur filius patris. quia in tali ꝓ/
ductione pater comunicat filio totam ſub
ſtantiam et eſſentiam et eſſe. ideo filius eſt
conſubſtantialis / et equalis patri / et idem
deus cum patre. ſed creature emanant a
verbo per modum artis. ideo deus ita co/
municat creaturis ſimilitudines ſuarum
perfectionum et ydearum / ꝙ non comuni
cat eis ſuam ſubſtantiam / et eſſentiam. Et
ideo nulla creatura eſt deus. nec filius na/
turalis dei. nec deo equalis nec conſubſtan
tialis. ſicut artifex ita comunicat artificiato
ſimilitudinem ſue artis / ꝙ non comunicat
ſubſtantiam ſuam. Secunda diferentia eſt
quia pater producit verbum de tota ſcien/
tia et ſubſtantia ſua. ideo non poteſt produ
cere niſi vnum verbum. ſed deus non pro/
ducit mundum de tota arte ſua / que eſt in
finita. ideo poteſt producere multos alios
mundos non euacuando artez ſuam. Ter/
cia differentia eſt quia deus pater produ/
cit filium ⁊ verbum ab eterno. eo ꝙ filius
naſcitur et emanat naturaliter et per mo/
dum nature. ſed mūdus nō emanat a ver/
bo ab eterno. eo ꝙ non producitur natu/
raliter / ſed artificialiter et libere. artificia
lia enim non ſunt naturalia / ſed volunta/
ria. Quarta differentia eſt. nam deus pa/
ter per ſe ipſum de ſcientia et intellectio/
ne ſua ab eterno dicit illud verbum non ꝑ
aliud verbum. etiam productum manet
in producente ſubſtantialiter et eſſentiali/
ter. ſed in creatione rerum deus pater per
verbum eternuz dixit omnia creata ad ex
tra. et ideo verbum eternum nulluz aliud
verbum preſuponit. ſed omnia creata pre/
ſuponunt verbum eternum per quod ſunt
dicta ex tempore. Ideo hec eſt cauſa quare
pater non poteſt dicere ſuum verbum q̄n
comunicet ſibi totam ſuam ſubſtantiam ⁊
eſſentiam. eo quia abſqꝫ alio verbo per ſe
naturaliter ipſum dicit de tota ſua ſcientia
ſpeculatiua. ſed quia per verbum ſuum di
cit alia tanq̄ per ſcientiam praticam. Ideo
ita comunicat rebus creatis ſimilitudines
ſue ſcientie et ſuarum ydearum. ꝙ non co/
municat ſuam ſubſtantiam. Eſt autez mul/
tiplex differentia inter deum et quemlibꝫ
artificem creatum et qd̄libet agens natu
rale. Nam deus ſolo verbo dicendo abſqꝫ
motu et tēpore poteſt oīa ꝓducere. qd̄ nō
poteſt agē artifex creat⁹ nc̄ agēs naturale
Et hoc accidit. quia deus continet in ver/
bo ſuo perfectiones omnium. et omnia de
pendent ad diuino verbo quo ad totum ſu
um eſſe in genere cauſe efficientis et for/
malis ⁊ finalis. Et ideo de⁹ nichil aliud ex/
trincum preſuponit in ſua accione. et per
conſequens poteſt pro ducere res quo ad
totum ſuum eſſe. Et ideo dicendo fiat lux.
facta fuit lux. et dicendo fiat firmamentū.
factum fuit firmamentum. abſqꝫ alia mo/
ra. eo ꝙ omnia dependent ex diuino verbo
quo ad totum ſuum eſſe. Secunda diferē/
tia eſt. quia artifex creatus ita comunicat
formam accidentalez rebus artificiatis. ꝙ
non poteſt producere materiaz. ut puta ar
gentum aut aurum aut lapides et ligna. eo
quia iſta non dependet ex arte humana. ni/
ſi ſola forma artificialis domus aut annu
li. Et ideo licet domificator milies diceret
fiat domus. nunq̄ fieret domus. niſi primo
per motū preparet ſibi lapides ⁊ ligna ⁊c.
eo quia iſta non dependent ex arte ſua / ſed
ex natura. q2 vbi deſinit natura incipit ars
ſed quia celum et natura. et omnia creata

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana


dependent ab arte diuina. vt dicit ariſtoti/
les. xij. methafiſice. ⁊ comẽtator ei⁹. hinc ē
ꝙ deus ex ſolo verbo dicendo potuit in in
ſtãti oĩa poducere ex nichilo ꝓſupoſitoquã/
tũ ad materiã ⁊ formã ⁊ ꝗ ad totũ ſuũ eē.
Jdeo dixit et facta ſunt. mandauit et crea
ta ſunt. Vnde ſicut ſol ĩ vno ſtanti cauſat ⁊
multiplicat ſuam ſimilitudinem et ymagi
nem per totum emiſperium non comuni/
cando ſuam ſubſtantiam. ita deus in eodẽ
inſtanti comunicauit et multiplicauit ſolo
verbo ſimilitudines ſuarum perfectionũ
et ydeaꝝ in omnibus creaturis non comu
nicando eis ſubſtantiam ſuam. Et ſic patet
ꝙ dicere dei ad extra nichil aliud fuit niſi
ſimilitudines ſuarum perfectionum et y/
dearum creaturis comunicare. Jtem ſequi
tur ꝙ creature nichil aliud ſunt ꝙ̃ ſimili/
tudines diuinarum perfectionum et ydea
rum et effectus diuine artis. Jtem ſequi/
tur ꝙ res create non ſolum recipiũt a deo
eſſe eſſentie entitatis. per quod aſimilatur
diuine arti in ſua ſpecie. ſed etiam recipi/
unt a deo eſſe actuale per quod eſſe exiſtũt
et perſonantur et actualiter operantur. nã
per ſolum eſſe eſſentie non poſſet perſiſte/
re. quia nichil eſt nec ꝑ exiſtere ꝑ ſuam eſ/
ſentiam niſi ſolus deus. quia a nullo depen
det. Et ideo ſolus deus eſt ſuum eſſe et ſua
vita. xij. methafiſice. Et ideo omnis creatu
ra vltra eſſentiam indiget eſſe / per quod
exiſtat et viuat. Et ſic deus primo dicendo
creat et producit res ad extra. ſed ex con/
ſequenti per ſpiritũ ſanctum aſpirat eſ/
ſe et vitam in rebus. Et ideo dicitur gene.
primo. ꝙ in principio. i. in verbo creauit
deus celum et terram. ſed quia terra erat
inanis et vacua ſine eſſe. Jdeo ſpiritus do.
mini ferebatur ſuper aquas. i. ſuper om̃ia
creata vitam et eſſe conferendo / et ea viui
ficando. Et iſtum ſpiritum appellat plato a/
nimam mundi. de quo dicit Virgilius in

ſexto. principio celum terram canpoſq3 li/
quentes. lucentemq3 globũ lune. titania/
q3 aſtra ſpiritus intus alit. totaq3 infuſa ꝑ
artus mens agitat molem. et toto ſe cor/
pore miſcet. Jtem in georgicis deum nãq3
ire per omnes terraſq3 tractuſq3 maris ce
lumq3 profundum. Ex quibus patet ꝙ ſic
deum eſſe trinum et vnum non eſt articu/
lus fidei. eo quia hoc nouerunt philoſophi
in lumine naturali. Sed eſt articulus fidei
inquantum nos credimus illas tres perſo
nas eſſe inter ſe realiter diſtinctas cum ſu
ma ſimplicitate diuine ſubſtantie / ſicut ſu/
pradictum eſt. quod habemus ex ſola re/
uelatione et auctoritate ſacre ſripture. ita
pariter eſt dicendum ꝙ mundũ eſſe a deo
productum non ē articulus fidei. quia hoc
idem aſſerunt philoſophi qui poſuerũt deũ
in triplici genere cauſe. ſ. efficiẽtis forma/
lis et finalis. vt patet. xij. methafiſice. Sed
mundum eſſe creatum de nichilo ex tem/
pore. et ꝙ mundus habuit principiũ. hoc
eſt articulus fidei. quia nõ poteſt demoſtra
ri. ymo omnes peripatetici putarunt de/
moſtrare oppoſitum. vt patet. xij. methafi
ſice. et viij. phiſicorum. et primo celi. et. ij.
de generatione. Sed ipſemet ariſtotiles di
cit in topicis. ꝙ ille rationes non ſunt de/
moſtratiue ſed tantum probabiles. Ex qui
bus patet. ꝙ deũ eſſe trinum et vnum. nõ
eſt impoſſibile. ſicut negant ⁊ imponut no
bis miſeri iudei. quia hoc conceſſum fuit a
philoſophis. licet non ita diſtincte. ymo ꝑ
emanationem creaturarum. quã iudei cõ
cedunt. philoſophi peruenerunt incogni/
tionem trinitatis et emanationem diuina
rũ pſonaꝝ a prima pſona patris. vt dcm̃ ē
Sed ꝙ iſta trinitas diuinarum perſonaꝝ
non ſit per xpianos conficta. nec per philo
ſophos antiquitus memorata. ſed etiam ĩ
lege et prophetis explicata. patet ex mul/
tiplici auctoritate. Et primo geñ. ꝑ. vbi dr̃

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

In principio creauit deus celum et terraꝫ
terra autem erat inanis et vacua. ⁊ ſpiritꝰ
domini ferebatur ſuper aquas ⁊c̃. in quibꝰ
verbis dupliciter denotatur pluralitas ꝑ/
ſonarū in diuinis. Et primo quia in hebreo
dicitur in principio creauit elohym celuꝫ
et terram. vbi li heloym ē pluralis nume/
ri. Et ſic per totam ſcripturam pro maiori
parte deus ponitur in plurali. de quo ē ma/
xima queſtio et nondū ſoluta apḋ hebreos
Unde Rabi moyſes de egipto putans ſolue
re iſtam queſtioneꝫ dicit ꝙ heloym eſt e/
quiuocum ad deum celi qui eſt vnus et ad
angelos et deos gentium. Alij autem di/
cunt. ꝙ per heloym in plurali intelligitur
deus cum iudicibus aut angelis ſuis. i. ꝙ
deus cum iudicibus ⁊ angelis ſuis creauit
celum et terram. ſed hoc eſt falſum. quia
deus non indiguit auxilio angelorum ad
creandum mundum / cum angeli ſint de
numero creaturaruꝫ. Et ideo eſt dicenduꝫ
ꝙ li helohym idem eſt ꝙ dij in plurarli. ſꝫ
li dij non ponitur ſubſtantiue. ſed adiecti/
ue. vnde diuus dia dium eſt ſincopatum de
diuus diuua diuum. qḋ ſignificat res diui
nas. Jdeo non valet. ſunt tres dij. ergo ſūt
tres dei. quia dei in plurali ſignificat tres
deos qḋ nefas eſt dicere in diuinis. ſꝫ tres
dij ſignificat tres perſonas diuinas. ſ. prēꝫ
et filium et ſpm̄ ſanctū. Et ſic conceditur ꝙ
pater et filius et ſp̄s ſanctus ſunt tres diui
ꝑſone et diuene. ſꝫ nō tres dei. qꝛ ꝑmo teñ̄
adiectiue denotando perſonas. ſed ꝗ̊. tene/
tur ſubſtantiue denotando ſubſtantiam et
eſſentiam. Et ſic ergo pro maiori parte po
nitur heloym adiectiue / non ſubſtantiue ī
lege et prophetis non ſignificando plurita
tem ſubſtantiaꝝ / ſed perſonaꝝ in diuinis.
ſed ceci iudei non capiunt hoc ſacramentū
Jtem ſecūdo in ſupradictis verbis explica
tur trinitas perſonaꝝ. Nam deus pater in
principio. i. in verbo tanꝗ̃ in arte creauit
celum et terraꝫ. quia per verbum in quo
ſunt ydee omniū reꝝ. dixit omnia creata

dando eis eſſentiaꝫ. ſed ſp̄s domini fereba/
tur ſuper aquas dando eis eſſe omnia viui
ficando. Et ſic explicatur miſterium trini/
tatis. Jtem ſequitur. dixit deus fiat lux ⁊c̃.
ergo ſi deus dixit / per aliud verbum dixit
et per coſequēs habet verbuꝫ per quod di
xit omnia. Jtem ſequitur vidit deus cūcta
que fecerat. ⁊ erant valde bona. ergo deus
ſicut per verbum dedit eſſentiā rebus. ita
dedit eis bonum. i. eſſe qḋ omnia apetunt
ſed hoc pertinet ad ſpm̄ ſanctū per quem
deus omnia bonificat. ergo in diuinis ſunt
tres perſone. ſ. pater. verbum. et ſpiritus
ſanctus. hoc idem patet gene. xviij̊. quādo
habraam vidit illos tres angelos. et adora
uit vnum tantū deum in eis dicens. dn̄e ſi
inueni gratiam in oculis tuis ⁊c̃. Et poni/
tur ibi nomen domini quatuor litterarum
quod ſoli deo conuenit. Et poſtea capitulo
ſequenti explicatur eadem pluralitas diui
narum perſonaꝝ cum dicitur igitur dn̄s
pluit ſuper ſodomam et gomorram ſulfur
et ignem a domino de celo ⁊ c̃. dicit ergo.
ꝙ dominus pluit a domino / et ponitur in
vtroqꝫ nomen quatuor litterarum. vbi no
tantur due perſone diuine. ſ. perſona filij
miſſi ad pluendum ſulfur et ignem. ⁊ per
ſona patris mittentis aliquo filius habet
ꝙꝙ habet. Ex hac ergo ſcriptura iudei nō
poſſunt negare eſſe pluralitatem in diui/
nis. non ſubſtantie. ergo perſonaꝝ. Jtem
iſta trinitas diuinarum perſonaꝝ explica
tur pſalmo. xxxij̊. cum dicitur. Verbo dn̄i
celi firmati ſunt. et ſpiritu oris eius omnis
virtus eoꝝ. Jtē pſalmo xxxxiiij̊. ſedes tua
deus in ſeculum ſeculi. propterea vnxit te
deus deus tuꝰ oleo leticie. vbi ponitur xp̄s
deus vnctus. et pater deus vngens. et ſp̄s
ſanctus quo xp̄s eſt vnctus. Jtem yſaye.
xxxxviij̊. dominus miſit me et ſpiritꝰ eius
hec dicit redemptor tuus dn̄s deus iſrael.
Jtem zacha. ij̊. gaude et letare ſyon. ponaꝫ
diuinitatem meam in medio veſtri. et co/
gnoſcetis ꝙ dn̄s miſit me vt ꝓbareꝫ voꝭ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

# .Queſtio.

Biblioteca Valenciana


Item prouerbiorum xxx. Quis ſuſcitabit
omnes terminos terre. quod nomen eius
et quod nomen filij eius. ſi noſti ei. Iteʒ in
plerisqʒ locis reperitur memoratuʒ verbū
dei et nomen dei. per quod fides catholica
ſemper intelligitur ſecundaʒ perſonam in
trinitate. ſ. filium. Et ſic etiam ſpiritus ſan-
ctus frequenter in ſcriptura dicitur ſpiri-
tus dei. per quem intelligitur tercia perſo-
na in trinitate. Et ſic patet ꝙ articulus tri-
nitatis diuinaꝝ perſonaꝝ cum vna ſola
et ſimpliciſſima ſubſtantia nonſoluʒ eſt poſ-
ſibilis. ſed per ſacram ſcripturaʒ verifica-
tus et auctoriʒatus. Quodquideʒ miſteriū
trinitatis maxime probatur et manifeſta-
tur in creatione reꝝ. quia emanatio crea-
turaꝝ et modus producendi eaꝝ preſup-
ponit emanationeʒ diuinaꝝ perſonaꝝ vt
dictum eſt. quia per verbum patris facta
ſunt omnia. et per ſpiritum dei viuificata.
¶ Ex quibus duobus articulis. ſ. trinita-
tis et creationis redditur poſſibilis et pro-
babilis articulus incarnationis. Unde diciʒ
eſt ꝙ res create prout ſunt ſimilitudines
diuinaꝝ ydeaꝝ habent ſolum eſſe ſpecifi-
cum et eſſentiale. ſed per tale eſſe non poſ-
ſunt exiſtere in actu. nec perſonari niſi in-
fluatur eis eſſe actuale ⁊ perſonale. quia ni-
chil exiſtit per ſuaʒ eſſentiā. niſi ſolus deus
quia eſt independens. Et ſic dicitur ꝙ deus
primo per verbum dicit res ad extra dan-
do eis eſſe ſpecificum. et ex cōſequenti ſpi-
rat in eis eſſe perſonale et actualis exiſten-
tie per quod conſeruat res in eſſe durati-
uo. de quo dicit auctor de cauſis ꝙ prima
reꝝ creataꝝ eſt eſſe. Ex quibus patet ꝙ ſi-
cut deus conſeruat et perſonat vnaʒquam-
qʒ creaturaʒ in eſſe exiſtentie per eſſe crea-
tuʒ et influxuʒ. Ita poteſt aliquam creatuʒ
conſeruare in eſſe. et perſonare per ſeipm.
et per conſequens poteſt effici vna perſo-
na cum illa. Sic ergo factum fuit in miſte-
rio incarnationis. nam pater ymo tota tri-
nitas per ſpirituʒ ſanctum formauit illud
corpus ex puris ſanguinibus in vtero vir-
ginali. ⁊ perfecte organiʒauit illud. Et to-
ta trinitas creauit in eo ſimul animaʒ illaʒ
intellectiuaʒ cuʒ omībus ſuis perfectioni-
bus. Et ſic fuit veruʒ indiuiduū hūanuʒ cō-
ditionatuʒ et atomatū. quia anima eſt illa
que dat ꝯpoſito eſſe ſpecificuʒ et ſubſtātia-
le et entitatiuū. Tercio de aīa Et accidētia
dāt eſſe atomū et indiuiduale. ſed nec ani-
ma nec accidentia indiuiduantia et deter-
minantia ſpēm poſſunt dare eſſe perſona-
lis exiſtentie aut ſubſiſtētie nec poſſūt per-
ſonare illam ſpecieʒ indiuiduataʒ. niſi a pri-
mo ente ſpiretur eſſe perſonale et eſſe actu-
alis exiſtentie. per quod illa ſpecies ⁊ indi-
uiduuʒ perſonetur et exiſtat. Et hoc fecit
verbum diuinum per ſe abſqʒ creatione
noui eſſe. ymo per ſe perſonauit illud cor-
pus animatuʒ et organiʒatuʒ et indiuidua-
tuʒ. Ideo in illa benedicta incarnatione ita
fuit creata noua anima et noua ſubſtantia
eſſentialiter. ꝙ nō fuit creata noua perſo-
nalitas nec nouū eſſe exiſtentie aut ſubſiſtē-
tie. Et ſic illa incarnatio nil aliud fuit niſi
creatio illius hūanitatis. nō ſub eſſe crea-
to. ſed ſub eſſe diuini verbi preexiſtentis.
Et ſic fuit creatio noue ſubſtantie. ſed non
noui eſſe. Et ideo illa humanitas non per-
ſonatur per nouuʒ eſſe creatuʒ nec per no-
uam perſonalitatem. ſed per ſolam perſo-
nalitateʒ verbi. Et ideo nō manet niſi vna
perſona in duabus naturis. Sed eſt aduer-
tendum ꝙ totus diſcurſus ſupradictus nō
factus eſt ſucceſſiue in tempore ; ymo in
eodeʒ inſtanti illud corpus fuit formatum
et organiʒatum et animatuʒ et per verbuʒ
aſſumptuʒ et perſonatuʒ. Et ſic illa perſo-
na chriſti dicitur vere et perfectus deus.
et verus et perfectus homo. Et ideo de il-
la perſona verificantur omnia que ſunt dei
et omnia que ſunt hominis. ratione dua-
rum naturarum. Et chriſtus dicitur crea-
tor et creatura et mortuus. et paſſus et ce-
tera. Quia vere dicitur deus et homo.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana

Et sic etiam comunicantur ydiomata utriusq; nature inter se. Nam ille homo dicitur creator ratione deitatis. et ille deus dicitur passus ratione humanitatis quam assumpsit in atomo indiuiduatam et conditionatam. ut posset pati. et cetera. Ideo quando dicitur deus passus: est sic intelligendum et exponendum. i. ille homo qui est deus est passus et c̄. Et sic patet ꝙ articl's incarnationis est possibilis. Et sic deum posse incarnari nō est articulus fidei. ymo est probabile et quasi demostrabile. ſ; deum esse de facto incarnatum. et ſbm xp̄m ēē deum et verbum incarnatum. hoc est articl'us fidei quia hoc nō potest probari nec ostendi nisi ex sola auctoritate sacre scripture vtriusq; testamenti. Nam in veteri testamēto misterium incarnationis prenūciatum fuit futurū Et in nouo testamento annūciatum est tamq factum et completum. et per effectū et miracula demostratum. sed quia nos nō vidim' xp̄m incarnatum. sed credimus soli euāgelice scripture et auctoritati. Ideo dicitur articulus fidei in nobis. Sed ꝙ deus esset incarnandus et ꝙ messias in lege promissus deberet esse deus. patet et probatur ex multiplici auctoritate sacre scripture veteris testamenti. Unde psalmo ij. Dn̄s dixit ad me filius meus. Item psalmo lxxj. Permanebit cum sole et ante lunam et ante solem permanet nomen eius. Item psalmo. cix. Dixit dn̄s domino meo sede a dextris meis. Item ysaye. xlv. Tu es deus absconditus. Item ysaye vij. Vocabitur nomen eius emanuel. i. nobiscum deus. Item capitulo nono. Vocabitur deus fortis pater futuri seculi. Item cap̄ x. Dn̄s dedit michi linguam eruditam et c̄. Item hoc idem cap̄lo. Lj. et L v. et c̄. Item hyeremie xxiij. Suscitabo dauid germē iustum et faciet iudiciū et c̄. Et hoc est nomen quod vocabunt eum Dn̄s iustus noster et c̄. Et ponitur ibi nomen domini tetagramaton quod soli deo conuenit. Hoc idem ad litterā habetur hyeremie xxxiij. Item baruc iij. Post hec in terris visus est et cum hominibus cōuersatus est. Item trenoꝝ iiij. Spiritus oris nostri xp̄s dominus noster captus est. in pc̄tis nostris et c̄. Et ponitur ibi nomen dn̄i tetagramaton. Item osee iij. Post hec reuertent filij israel et querent dominum deum suum et dauid regem suum et c̄. Item zacharie. ij. hec dicit. Dominus exercitum post gloriam misit me ad te et c̄. Lauda et letare filia sion. quia ecce ego venio et habitabo i medio tui dicit dominus. et scies quia dominus exercituum misit me ad te et c̄. In quibus verbis notatur deus missus et de' mitens. s. pater et filius qui est deus qui loquitur in hoc capitulo quia vtrobiq; ponitur nomen domini tetagramaton. Item zacharie capitulo xij. In illa die effundam super domum dauid et super habitatores iherusalem spiritum gracie et aspicient in me quem confixerūt et c̄. Ex quo patet ꝙ messias erat futurus deus et homo quia non potest dare spiritum gracie nisi deus. nec pati ꝛ configi nisi homo. Et sic pariter est dicendum de hoc quod dicitur ysaye L. nam deus loquitur ibi et postea subdit Faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me et c̄. quod non potest cōuenire nisi homini. Et sic patet qualit̄ xp̄s in lege promissus erat futurus deus et homo. et p consequens de' incarnatus et humanatus. Et sic non est dicendum ꝙ religio xp̄iana finxerit misterium incarnatiōis quia in testamento veteri fuerat multipliciter figuratum et ꝓbatum. ¶ Ex possibilitate uo articuli incarnatiōis sequit̄ possibilitas articuli sacramenti altaris. s. transsubstantiationis panis in corpus xp̄i. Unde quatuor sunt considerāda principaliter in persona xp̄i. Primo corpus prout habet esse substantiale ab anima et esse conditionatum ab accidentibus. Secundo sunt considerāda accidētia que organizāt et indiuiduāt et extēdūt et disponūt illud corpus.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Tercio eſt conſiderāda anima que dat eſſe
ſubſtātiale et ſpecificuꝫ toti corpori et toti
compoſito. Quarto eſt cōſiderandū verbū
bū qđ dat eē ꝑſonale ⁊ actualē exiſtētie to
ti hūitati xp̄i. In pane aūt ſunt tria conſide
randa. Primo veritas ſubſtantie panis re
ſultans ex materia et forma ſubſtantiali.
Secundo accidentia in diuiduantia et di
ſponētia. Tercio eſt cōſiderāduꝫ eſſe exiſtē
tie panis per qđ exiſtūt etiā accidentia. in
quantū inherent et inexiſtūt ſubſtācie pa
nis ſubiectiue. ¶ His habitis dicitur ꝙ ſb
ſtantia panis nō cōuertitur in verbuꝫ diui
nuꝫ. nec in animaꝫ xp̄i. ſed in ſolum corpus
ſubſtātiale xp̄i. prout habet eſſe eſſentiale
ab anima. et eſt altera pars compoſiti hu
mani. Et ſic ꝯuertitur ꝙ̄ in ꝙ̄. et nō quan
tuꝫ in quātuꝫ. nec quale in quale. nec ꝙ̄ in
quantuꝫ nec in quale. nec corpus in ſp̄m.
Et ideo manēt accidentia panis ſine ſubie
cto. Et ſic nō eſt dicendū ꝙ cōuertatur cor
pus in ſp̄m. nec fiat mixtio. ſicut quidā me
dicus iudeus arguebat. qa nichil de ſubſtā
tia panis remanent in actu nec in potētia
Sed ꝙ talis tranſſubſtāciatio ſit poſſibilis
apud deuꝫ. probatur dupliciter. Uno mo
do inquātuꝫ ille panis et om̄is creatura de
pendet a verbo diuino quo ad eēaꝫ ſuaꝫ to
taꝫ in genere cauſe formalis. Et ideo ſicut
deus ſolo verbo dicēdo. fiat panis formali
ter ex idea panis creat paneꝫ eſſentialiter.
ğ a forciori dicendo ꝙ ille panis fiat corpꝰ
ſuuꝫ. illico fiet et tranſſubſtāciatur in cor
pus ſuuꝫ. eo ꝙ ille panis eēliter dependet
a diuino verbo et ab illa idea. Unde per ta
le verbuꝫ ſubſtātia panis que erat ſub idea
panis fiet ſub idea corporis xp̄i. Et ſic illa
ſubſtātia poſt cōſecrationeꝫ ita eſt ſubſtan
tia corporis xp̄i: ꝙ nō eſt ſubſtātia panis.
quia illa ſubſtantia que ante erat ſub idea
panis. modo eſt ſub idea corporis xp̄i. Iteꝫ
maioreꝫ poteſtatē habet deus ſup naturaꝫ
et et ſup ſpecies et eſſentias reꝝ: ꝙ̄ rex ⁊
dn̄s temporalis ſuꝑ bona temporalia et ſu
per dignitates. et ꝙ̄ papa ſuper prelatu
ras. Sed rex ⁊ ꝗlibet pricеps temporalis.
hñs dn̄iuꝫ abſolutuꝫ tēporaliter ſuꝑ bona
mobilia et īmobilia ſolo verbo mutat poſ
ſeſſionē et dn̄iuꝫ reꝝ temporaliū. Unde di
cēdo. iſte ager eſt martini. illico ille ager ꝗ
erat petri fit ager martini. et ita eſt marti
ni ꝙ amplius nō eſt ager petri. qđ accidit
eo quia dominū abſolutū illius agri depen
debat ex ſolo verbo et precepto illiꝰ regis
uel principis. Ergo a forciori xp̄s deus qui
habet abſolutū dn̄iuꝫ ſuper naturas ⁊ eſſē
tias reꝝ. dicendo. Hoc eſt corpus meuꝫ. cō
uertit ſubſtātiaꝫ panis in corpus ſuū. Unde
licet uſqꝫ ad illđ inſtans illa fuit ſubſtātia
et corpus panis. tamen dictis verbis ita ē
corpus ſubſtātiale xp̄i. ꝙ nō eſt corpus pa
nis. Et hoc accidit ꝓpter dominiuꝫ qđ deꝰ
habet ſuꝑ ſubſtātias et eſſentias reꝝ. quia
om̄ia dependēt formaliter a verbo diuino
Secūdo hoc probaẜ. Inquātuꝫ ille panis ⁊
ſua accidētia depēdebāt a deo quo ad eē exi
ſtētie. Et ideo deus facit ꝙ illa ſubſtantia ꝗ
ante erat ſub eſſe exiſtētie ipiꝰ panis. poſt
cōſecrationeꝫ eſt ſub eſſe ipſius xp̄i. Itē illa
accidētia ꝗ ante erāt ī ſubſtātia panis: pꝰ
ꝯſecrationē manēt ſine ſubiecto et exiſtūt
ꝑ illđ eē exn̄tie ꝑ qđ ante exiſtebāt in ſbo.
Et ſic illa accidētia hn̄t eādeꝫ exn̄tiaꝫ. ſꝫ nō
eādeꝫ inexn̄tiaꝫ ſiue inherentiaꝫ. ꝙ licꝫ exi
ſtant ꝑ illud eſſe influxuꝫ et creatuꝫ. ꝑ qđ
ante exiſtebāt. tamē nō inexiſtūt nec inhe
rent ſubiecto alicui. et ſic manēt accidētia
cū eadē exn̄tia creata. ſed nō cū eadē inhe
rentia. Et ſic pꝫ ꝙ in tali ꝯſecratiōe nichil
corrūpitur nec anichilaẜ. Naꝫ ibi manent
eadē accidētia numero ſub eodeꝫ eſſe actu
alis exiſtentie. Et ideo nō fit corruptio acci
dentiuꝫ. nec fit corruptio ſubſtantie. qꝛ alia
non generatur. ſed illa que erat ſubſtantia
panis tranſſubſtantiatur in corpus ſubſtan
tiale ipſius chriſti. que eſt altera pars com
poſiti. Et ſic nec conuertitur in animam
chriſti. nec in verbum diuinum. et cetera.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Nec ſit aliqua noua creatio quia nullū eſſe
nouū acquiritur. quia xp̄s iaȝ preexiſtebat
nec acquiritur nouum eſſe in accidentibus
quia ſub eodē eſſe exiſtentie remanēt. licȝ
nō ſub eadē inherentia. Et ſic patet ꝙ xp̄s
qui eſt verbuȝ dei incarnatum. ſolo verbo
potuit tranſȷare ſubſtātiam panis in cor/
pus ſuuȝ. Et ideo eſt dicenduȝ ꝙ deuȝ poſſe
tranſſubſtāciare paneȝ in corpus ſuuȝ. non
eſt articulus fidei. ſed ꝙ xp̄s hoc fecerit et
ꝙ cotidie ex verbis xp̄i hoc fiat in ſacra/
mento altaris. tūc eſt articl'ꝰ fidei. eo quia
preſuponit xp̄m eſſe deuȝ. et ex ſola fide et
auctoritate ſcripture credimus ꝙ ita fiat
de facto. Et hoc nonſoluȝ auctoritate ſcrip
ture noui. ſed etiaȝ veteris teſtamēti. Vn/
de licet hoc ſacramentuȝ multis ſignis et
figuris in lege fuerit figuratuȝ. tamen da
uid verbis manifeſtis ipm expreſſit. pſal/
mo xxj. cum dicit. Edent pauperes et ſatu
rabuntur et laudabūt dominuȝ qui requi/
runt euȝ. corda eoꝝ viuent in ſeculuȝ ſecl'i
et infra. Manducauerunt et adorauerunt
omēs pingues terre in conſpectu eius ca/
dent omnes qui deſcendunt in terraȝ et c̄.
Vbi manifeſte oſtēditur ꝙ fideles debebāt
manducare et adorare deuȝ ſuuȝ et c̄. Iteȝ
pſalmo lxxj. poſtq̄ predixit meſſiam futu
ruȝ deuȝ et hominēȝ et adoranduȝ ab omi/
bus gentibus et regibus mundi. Poſtea
ſubdit ꝙ iſte rex meſſias erit frumentum
et triticuȝ et torta panis in ſumis montiuȝ
et ſuper capita ſacerdotuȝ et c̄. prout ibi ꝑ
plures tranſlationes fuit expreſſum. Et ſic
patet qualiter hoc ſacramentuȝ nonſolum
eſt poſſibile. ſed m̄ltipliciter in lege et pro
phetis eſt figuratuȝ et prenūciatuȝ. Et ſic
patet ꝙ xp̄iani nō adorant paneȝ. ſicut deci
iudei mentiuntur. ſed adoramus xp̄m con
ſecratuȝ ſub illis accidētibus. Vnde ex omi
bus ſupradictis patet veritas xp̄iane reli/
gionis. naȝ nos nō adoramus tres deos. ſȝ
ſolum vnuȝ deuȝ ſimpliciſſimuȝ in ſubſtan
tia et eſſentia in trinitate perſonarum que
nullomodo multiplicāt ſubſtantiaȝ in deo.
ſicut dictum eſt. Nam filius eſt verbuȝ pa
tris ſibi conſubſtātiale. et ſp̄s ſcūs eſt amor
vtriuſqȝ. Et ſic nō poteſt eſſe alia ſubſtātia
nec alius deus. Et ideo ſi miſeri iudei perci
perent miſteriuȝ creationis de neceſſitate
perciperent miſteriuȝ trinitatis. quod m̄l/
tipliciter exprimitur in lege et prophetis.
Item ſi miſeri iudei intelligerent modum
creationis non haberēt pro impoſſibili mi
ſteriuȝ incarnatiōis. quia incarnatio nichil
aliud fuit niſi formatio corporis xp̄i ex pu
ris ſanguinibus virginis virtute ſp̄s ſcī.
et creatio illius anime in illo corpore ex q̄
bus reſultauit vera humanitas quaȝ per ſe
perſonauit et ſuppoſitauit verbuȝ patris.
Et ſic manſit vna ſola perſona in duabus
naturis. Et per conſequens xp̄s eſt verus
deus et homo. Et ſic tanq̄ deus fecit mira
cula et ſciuit cogitationes hominuȝ. et con
uertit panem in corpus ſuuȝ. et expoliauit
infernuȝ et c̄. Sed inquantum homo fuit
paſſus et mortuus ⁊ ſepultus. Sed inquan
tuȝ deus. reſurrexit in virtute propria. ⁊ aſ
cendit in celuȝ. et inquantuȝ deus adoratur
in illa humanitate. prout infra patebit.

¶ Ex ſupradictis patet poſſibilitas et incō
cuſſa veritas articuloꝝ fidei xp̄iane religi
onis. quia xp̄iana religio non credit tres
deos ſed vnuȝ deuȝ in ſubſtantia et eſſentia
et entitate cum trinitate perſonaꝝ relati/
uaꝝ eo modo quo dictuȝ eſt. Et ita credit
xp̄m deuȝ incarnatum in vnitate perſone.
et ita credit xp̄m conſecratuȝ in ſacramen
to altaris. in quo ſacramento ex vi conſe/
crationis ſola ſubſtantia panis conuerſa ē
in ſolum corpus xp̄i. accidentibꝰ ſine ſub/
iecto remanentibus. quaȝ conuerſioneȝ fe
cit efficienter ſolus xp̄s deus et homo. ſa/
cerdos aūt ꝯcurrit tanq̄ miniſter. Ex iſtis
patet etiaȝ poſſibilitas ceteroꝝ articuloꝝ
que habent fundamentuȝ in miſterio inca
nationis. Naȝ dato ꝙ xp̄s ſit verus deus
et homo. tūc omnia redduntur poſſibilia.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



Et ſic a primo uſq ad ultimū om̄es articuli fidei fundātur in artic̄lo trinitatis. et articulus trinitatis fundatur in illa prima veritate neceſſaria. ſ. q deus eſt actus pur⁹ intelligēs et intelligibilis. et amās et amabilis et ſumuz bonum. Et ſic patet q licet articuli fidei non ſitn de facto demoſtrabiles tamen eoꝝ poſſibilitas eſt nec̄ia. quia deus licet nec̄io nō creauerit mundum ex tempore. nec fuerit neceſſario incarnat⁹. tamen neceſſario habet potentiaz om̄ia iſta faciendi. inquantū om̄ipotens. Et ſic ex tali omnipotentia preſupoſita poteſt demoſtrari poſſibilitas articuloꝝ. Unde ſi deus eſt trinus et vnus et om̄ia dependent a diuino verbo quo ad totuz ſuuz eſſe. ergo dicendo ſolo verbo potuit om̄ia nonſoluz ab eterno ſed etiam ex tēpore creare de nullo ſubiecto nec mat̄ia p̄ſupoſita. Iteꝫ ſi deus poteſt om̄ia creare de nichilo nōſoluz q̄ ad eſſe eſſentie ſed etiaz poteſt res ſuſtētare p eſſe creatuz et influxuz. g̊ poteſt vnā eēam creare et ſuſtentare per ſuū eſſe increatuz Et ſic potuit formare illd corpus ex puris ſanguinib⁹ v̄ginis. et creare et infūdere in eo nouā aīaz abſqz aliquo eſſe ſubſiſtencie et perſonali creato. ſed ſubſtētare et pſonare illaz hūanitatē p perſonalitatē verbi. Et ſic incarnatio nil aliud fuit niſi creatio humanitatis ꝑditionate ſub pſonalitate verbi. Et ſic manſit vna ſola pſona in duabus naturis in xp̄o. Et ſic patet poſſibilitas et veritas artic̄li incarnatiōis. Et tūc ex iſto artic̄lo ſeq̄t poſſibilitas om̄iuz alioꝝ artic̄loꝝ ſequētiuz. Naz ſi xp̄s ē deus et homo g̊ potuit mori inquantuz homo/ q̄a potuit aīa a corpore ſepari. Et inquātū de⁹ potuit reſ̄gere. et aīaz recupare in corpore aſſūpto. Et ſic ꝓpria v̄tute potuit ſpoliare infernuz. et aſcendere in celuz. Et inq̄ntuz deus potuit panē in ſuū corpus aſſūptū trāſſubſtāciare. Et poterit om̄ia ſua mēbra reſuſcitare et beatificare et c̄.

¶ Sed reſtat dubiuz de artic̄lo trinitatis. quia ex ea infalibili veritate. ſ. q deus eſt ſūme intelligēs ſe et diligēs ſe. nōſoluz ſequitur poſſibilitas articuli trinitatis. ſed etiaz neceſſitas eiuſdē. quia deus pater intelligendo ſe nec̄io dicit verbuz de tota eſſentia et ſubſtātia et ſc̄ia ſua per modū nature. Et diligēdo ſe. nec̄io cuz verbo producit et ſpirat ſp̄m ſanctuz. licet per modū volūtatis ⁊ libertatis. Et ſic vtraqz productio et emanatio eſt nec̄ia. Et ſic artic̄ls trinitatis nōſoluz eſt poſſibilis ſed etiaz neceſſarius. et per ꝯn̄s demoſtrabilis. et ſic ſeq̄retur q non eſſet articulus fidei. Ad hoc dicūt aliqui q deum eſſe trinuz et vnuz. nō eſt articulus fidei. cum hoc fuerit per naturam notum antiquis philoſophis ex illa p̄ma veritate. prout ſupdictū ē. ſꝫ iſtas tres perſonas eſſe real'r diſtinctas in vna ſimplici ſubſtantia. eſt articulus fidei. Alij aūt dicūt et forſan ſecurius. Q̄d deū eſſe trinū et vnuz eſt neceſſariuz. eo m̄ quo dictū eſt. et p ꝯn̄s demōſtrabile. Sed licet hoc ſit demonſtrabile in theologia dei et bioꝝ. ubi beati vidēt noticia meridiana verbuz naturaliter originari a patre. et ſp̄m ſc̄ꝫ liberaliter ab vtroqz; vt inquit auguſtinus in libello de triplici habitac̄lo. tamen non eſt demonſtrabile in noſtra theologia viatorum. ſed firmiter credibile. poſtq̄ nobis ē in vtroqz teſtamento reuelatuz. et per xp̄ꝫ confirmatuz. Sed eſt aduertenduz q licet miſteriuz trinitatis ſit demōſtrabile in patria. eo modo quo dictū eſt. tamen hoc nō eſt demonſtrabile per cauſaz a priori. quia ibi nulla eſt cauſa ſed principiuz. Nam licꝫ pater ſit principiuz filij. tamen non eſt cauſa eius. Et ſic eſt dicendum de vtroqz reſpectu ſpiritus ſancti. ¶ Ex ſupradictis ergo patet poſſibilitas et inconcuſſa veritas et integritas fidei xp̄iane. q̄a licet fc̄m nō poſſit demonſtrari. tamen poſſibilitas eius poteſt q̄i demōſtrā. Et hoc de ſc̄do artic̄lo.

¶ Quātuz aūt ad tc̄iuz artic̄lꝫ ē p̄ notādū ſꝫ ariſto. ꝗ phiſi. et vj. metha. q ſc̄ie diſtinḡūtur penes m̄s ꝯſidādi et abſtrahēdi.

Biblioteca Valenciana

Et ſic diuerſi artifices poſſunt conſiderare
de eadez re. ſed aliter et aliter. Naz mathe
mathicus cõſiderat lineã que realiter eſt i
materia ſenſibili. ſed conſiderat eam ꝑter
materiam preciſiue abſtrahẽdo. quia non
conſiderat eam niſi prout eſt recta vel cur
ua. et prout cauſat aliaz et aliaz figurã eq/
lez. vel inequalez ꝛc. Sed philoſophus cõ/
ſiderat lineã in materia ſenſibili. et prout ẽ
in materia phiſica. et inquãtũ eſt termin⁹
corporis mobilis. Et ſic differt phiſicus a
methaphiſico. qꝛ inmediate cõſiderat for/
mas ſubſtãtiales prout recipiũtur in ma/
teria per motũ et generationez. et formas
accidentales ꝓut recipiuntur i maťia per
alterationez. Ille aũt cõſiderat ſolas forãs
accidentales. ſ. lineã et figuraz abſtrahẽdo
a materia ꝑ ſolam conſiderationem. Jdeo
taliũ aſtrahẽtiũ nõ fit mendaciũ ſm ariſto
Sed differt methafiſicus ab utroqz. q̄a con
ſiderat alia que ſunt abſtrata ſecundũ eſſe
et ſecundũ conſiderationez. ſ. deuz et intel/
ligentias. vt patet xij. metha. Quia ſolus
methafiſicus conſiderat de deo ſecũdũ ſub
ſtantiã et eſſentiaz. Naz licet phiſic⁹. ꝯſide
ret de deo aliquo modo. tamen nõ ſecũdũ
ſubſtantiaz et eſſentiã. ſed prout eſt primũ
mouens. vt patet. viij. phiſicoꝝ. et primo
celi. Sed differt rurſus theologus viator a
methaphiſico. Quia licet ambo conſiderẽt
de deo. tamen aliter et aliter. Naz metha/
phiſicus cõſiderat de deo prout eſt vnũ tm̃
primuz ens ſimpliciſſimuz et actus purus
et metruz et menſura et cauſa om̃iuz entiũ
in eſſendo. et prout om̃es ſpecies procedũt
ab eo ſicut numeri ab vnitate. aquo depen
det celuz et tota natura et om̃ia entia. vt pꝫ
per ariſtotilez et comentatorem. ij. et. v. et
viij. et x. et xij. methaphi. Et patet per aui
cenaz et algazel. in ſua metha. Sed theolo
gus accipiens et preſuponens om̃ia ſuppoſi
cta a methaphiſico conſiderat illaz primaz
et ſũmaz eſſentiaz diuinaz. prout eſt comu/
nicata tribus perſonis ab eterno. puta ꝓut
eſt comunicata a patre filio per eternã ge/
nerationẽ. et ab vtroqz ſpiritui ſancto per
aſpirationez. et ſic conſiderat vnuz ſoluz de
um ſimpliciſſimuz in ſubſtantiaz et trinuz
in perſonis. Et prout eſt cauſa efficiens et
principiũ om̃iuz reꝝ per creatiões ex tp̃e
Cõſiderat preterea deũ in filio. ſ. qualiter ver
buz aſſumpſit hũanitatẽ in vnitate pſone.
et ꝑ cõſequẽs ſicut cõſiderat vnã eſſentiã
in tribus pſonis in deo. ita cõſiderat duas
naturas in xp̄o ſub vna pſona. Jtem ſicut
cõſiderat tres pſonas in vna ſubſtãtia ꝛ na
tura diuia. ita conſiderat duas naturas in
vna perſona filij natura. ſ. diuia et hũana.
Jtem ſic cõſiderat vnũ deũ in trinitate. ita
cõſiderat diuinum verbũ in hũanitate aſ/
ſumpta. Jem rurſus cõſiderat iſtũ xp̄z deũ
et hoĩez fuiſſe pro nr̃a redẽptione in cruce
crucifixũ. et ſicut conſiderat verbũ in hũa
nitate pſonaliter vnitũ. Jtẽ cõſiderat xp̄z
crucifixuz et cõclauatũ. Jtem rurſus cõſide
rat qualiter xp̄s eſt in ſacramento altaris
ſub illis accidẽtibus poſt verba cõſecratio
nis. Et ſic cõſiderat xp̄z cõſecratũ in ſacra/
mẽto. Ex quib⁹ om̃ibus pꝫ. qꝫ cõſideratio
theologica aliquomodo eſt ſubſtentialis
phiſice conſiderationi. Nam ſicut phiſic⁹
conſiderat formas in materia et vt in ma
teria ſunt. et non preter materiã. Jta the
ologus conſiderat deum in tribus perſo/
nis. ꝛ nõ preꝛ tres perſonas. nec cõſiderat
vnaz perſonaz ſine altera cum ſint ad inui
cez relatiua. Et ita pariter conſiderat ver/
buz in carne et humanitate et nõ preter il
laz humanitatez aſſumptã. vt inquit hyer.
in ſermone de aſſũptione virginis marie.
Et ita etiam conſiderat xp̄m conſecratum
in ſacramẽto et nõ preter ſacramentuz et
illa accidentia vt inquit auguſtinus in ſen
tentijs proſperi. Et ita pariter theo. et xp̄i
anus conſiderat xp̄m redemptorem et in
cruce affixum et nõ preter crucem. Unde
ſicut de ratione forme generalis ꝛ corrup
tibilis philoſo. cõſiderate ẽ qꝫ ſit in maťa

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana



phiſica et ſenſibili. Jta de ratione dei theo/
logice et a viatore fideli conſiderati eſt / ꝙ
ſit trinus et vnus in trinitate perſonarū
Et de ratiōe verbi incarnati ꝙ ſit in huma
nitate. Et de ratione xp̄i cōſecrati ꝙ ſit ſub
accidentibus. Et de ratione xp̄i redempto/
ris ꝙ ſit in cruce. et ut intelligatur et con/
ſideretur et contempletur in cruce.
¶ Sed quia ex conſideratione et contem/
platione ſequitur fides ⁊ credulitas in the
ologo xp̄iano. quia fides preſupponit conſi/
derationem. ideo xp̄ianus ſicut conſiderat
deum/ ita credit ip̄m. Sed quia conſiderat
et contemplatur deum trinum et vnum et
incarnatum in filio. et contemplatur xp̄m
crucifixum. et conſecratū in ſacramēto al/
taris. Et ideo firmiter credit vnum deum
in trinitate. et trinitatem in vnitate. et cre
dit verbum incarnatuꝫ. Et per cōſequens
xp̄m verum deū et homineꝫ. et credit xp̄ꝫ
crucifixuꝫ in cruce. Et credit verū xp̄ꝫ deū
et hominem eſſe ī eukariſtia. Et per conſe
quēs non credit deum ſine trinitate perſo
naruꝫ. nec credit verbum ſine humanita/
te aſſumpta. nec xp̄m conſecratuꝫ ſine acci
dentibus ſacramentalibus. nec credit xp̄ꝫ
redemptoreꝫ et crucifixuꝫ ſine cruce. Sed
quia adoratio preſupponit fidem in xp̄iano.
quia ſicut credit deum/ ita adorat. ergo ſic
xp̄ianus credit deum trinū et vnum/ ita a
dorat. Aliter eēt falſa adoratio. Et ſic cre/
dit deum incarnatuꝫ. et credit xp̄ꝫ eſſe deū
et hominem. ſ. deū incarnatuꝫ. Jta adorat
deuꝫ incarnatum. et ita adorat xp̄m crucifi
xum in cruce. et conſecratuꝫ ſub accidenti/
bus in altari ⁊c̄. Et per conſequens ſic non
adorat deū preter trinitatem/ nec vnā per/
ſonaꝫ ſine alia. ita nō adorat verbū ſine hu
manitate. neqꝫ xp̄m redemptoreꝫ ſine cru
ce. q2 ſicut humanitas coexiſtit perſonal'r
in verbo / ita crux coexiſtit triumphaliter
xp̄o redemptori. et per conſequens ſic hu/
nitas xp̄i coexiſtit verbo qui ē principalis
terminus adorationis / ita crux coexiſtit x̄

in adorando/ ſic in credēdo. Et ita eſt dicen
duꝫ de accidentibus ſacramētalibus in eu
kariſtia. Ex quibus patet ꝙ xp̄ianus ī ſuo
termino adorationis includit trinitatē per
ſonarū/ et humanitatem xp̄i. et crucem. et
accidentia ſacramentalia in eukariſtia. Et
ideo om̄ia iſta dicūtur adorari cū principa/
li termino adorationis ut magis patebit.
¶ Sed vlterius eſt valde aduertēduꝫ ſm
ariſto. ⁊ comētatorē. p̊. phiſicorū. ꝙ lꝫ phi/
ſicus conſideret formas in materia. tamen
per ſe non poteſt nec valet intelligerere ſe
orſum materiam niſi per analogiaꝫ ad for
mam. Et ratio eſt. nam nichil poteſt intel/
ligi niſi prout eſt ens in actu. q2 vnūquodqꝫ
tatuꝫ habet de intelligibilitate quātuꝫ hēt
de entitate. ſed materia prima de ſe nō eſt
ens. nec ꝙ nec qualis. nec quāta. Et ideo ſi
cut de ſe non habet entitatē. ita nō hēt in/
telligibilitatē. Nec eſt nichil. Nā licet nō ſit
ens actu. tamen eſt ens in potētiā. et ideo
eſt ꝓpe nichil ſm ariſtotileꝫ et auguſtinuꝫ
Et ſic tenet mediū inter ens / et nichil ſm
comentatorem. inquātuꝫ poteſt habere ēē
per formam a qua dependet in eſſendo. ⁊ ꝑ
quam habet eſſe ſpecificū. et reponitur in
predicamēto. Et ideo ſic depēdet a forma ī
eſſendo. ita in intelligendo. Et ideo dicit a/
riſtoto. ꝙ non poteſt intelligi niſi per ana
logiam ad formaꝫ. inq̄ntuꝫ ſimul intelligi/
tur cum forma/ a qua habet eſſe et entita/
tem. Jta ergo pariter eſt dicenduꝫ de hu/
manitate xp̄i. nam de ſe et ſeorſum nullam
habet rationem adorationis. quia ratio a/
dorationis competit ſoli deo ratione ſūme
omnipotentie et eternitatis ⁊c̄. ſed illa hu
manitas ſm eſſentiam ſuam et ſubſtantiaꝫ
non eſt deus nec eterna. nec omnipotens.
ymo eſt creata ex tempore. ſed quia rece/
pit eſſe ꝑſonale diuinuꝫ. per qd̄ illa huma/
nitas perſonatur. et ſuppoſitatꝰ. Et ideo ſic
materia prima efficitur intelligibilis ꝑ a/
nalogiam ad formam a qua recipit eſſe ac
tuale et entificatiuuꝫ. inq̄ntum intelligitur



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ſimul cum forma / que per ſe intelligitur.
Ita pariter humanitas xp̄i efficitur adora
bilis per analogiam ad verbum. a quo ha
bet eſſe perſonale. inq̄ntuꝫ ſimul cum ver/
bo adoratur. cui perſonaliter coexiſtit tan/
ꝙ termino adorationis. Nam adoratio ter
minatur ad perſonam verbi. et ſic ſic̄ for/
ma materialis intelligitur. ita verbū incar
natū adorat̄. Et ſic ſic̄ ratio intelligibilitatis
principaliter attribuitur forme. ſed analo/
gice attribuitur materie actuate. ita pari/
ter ratio adorationis principaliter attribu
itur verbo diuino. ſed analogice attribuit̄
humanitati aſſumpte. Hanc vero ſententiā
confirmat beatus Hyeronimus in ſermōe
de aſſumptione virginis circa mediuꝫ. vbi
ait. Qua ꝓpter nec nos hominem ſeorſum
colimus. q̇d nefas eſt. nec adoramus. ſꝫ ma
gis verbum incarnatū qui ꝓprium ſibi cor
pus aīatuꝫ vniuit. ita vt de⁹ caro fieret. Et
non in alium quēlibet. ſed in ſemetip̄ꝫ. qui
vnus et verus dei filius ſemꝑ erat. Idcirco
non aliuꝫ ꝙ eūdeꝫ ip̄mqꝫ dei filiū colimus
et adoramus. qui nichil in ſe pro aſſumpto
homine eſt auctus. nichilqꝫ / ꝙ verbum ca
ro factū eſt īminutus vel īmutatus. Et io
vnus idemqꝫ ſemper cū p̄re filius adoratur
Sed vnus idemqꝫ xp̄s filius dei atqꝫ hoīs
filius. qui ⁊ diuina geſſit et hūana. Si qdē
inſeparabiliter atqꝫ indiuiſe comunes xp̄s
habuit actōs. ſed intelligende ſunt operuꝫ
qualitates. contemplandūqꝫ eſt ſemꝑ ad q̄
prouehatur humilitas carnis. et ad que in
clinetur altitudo diuinitatis. ita ut per oēꝫ
textum ſancti euangelij videatur nichil ca
ro ſine verbo agere. neqꝫ verbuꝫ ſine car/
ne qcq̄ꝫ efficere. vnde q̇d concipit et parit
virgo. ſicut nō ſine potentia verbi eſt. ita
non ſine veritate carnis naſcitur ⁊c̄. Ex ſu
pradictis patet qualiter ſicut verbū non ē
ſine humanitate. ita non adoratur ſine ip̄a
licet verbum per ſe ⁊ principaliter adoret̄.
Et ſic patet. ꝙ illa humanitas non adorat̄
per ſe nec eſt terminus adorationis princi
palis. ſed quia includitur et coexiſtit terio
adorationis. et ſic adoratur per analogiam
ad verbum diuinum. cui perſonaliter coe
xiſtit. et a quo perſonaliter et analogice de
pendet et ſuppoſitatur.

¶ Et ita pariter eſt dicenduꝫ de accidenti
bus in ſacramento eukariſtie. naꝫ licet illa
accidentia nullomodo de ſe habeant ratiōꝫ
adorationis. cum ſint res create. tamen qꝛ
xp̄s conſecratus eſt ſacramentaliter in eis.
vel ſub eis. non ꝙ illa accidentia ſint ī xp̄o
tanq̄ꝫ in ſubiecto. cuꝫ exiſtant miraculoſe ſi
ne ſubiecto. nec ꝙ xp̄s ſit in eis tanq̄ꝫ in lo
co. ſed eſt in eis tanq̄ꝫ in ſacramento. vnde
ſicut de ratione verbi incarnati eſt ꝙ ſit in
humanitate. ita de ratione xp̄i conſecrati ē
ꝙ ſit ſacramentaliter ſub illis accidentib⁹
nam deſtructis accidentibus nō manet am
plius xp̄s conſecratus ibi. Et ideo dicit au/
guſtinus in ſententijs proſꝑi. ꝙ ſacramētū
altaris ex duobus conſtat. ſ. ex ſacramēto
.i. ex illis accidentibus ſacramentalibus. ⁊
ex re ſacramenti. ſ. ex xp̄o ibidem conſecra
to ſub illis accidentibus ⁊ ſub illo ſacramē
to latente. Et ſic patet ꝙ de ratione xp̄i cō
ſecrati eſt. ꝙ ſit ſub ſacramentalibus acci/
dentibus. Sed quia dictum eſt ſuperius ꝙ
deus ſicut cōſideratur et creditur. ita ado/
ratur. eo ꝙ fides precedit adorationem et
latriam. Ideo ſicut fidelis xp̄ianus credit
eſſe xp̄m deū et hominēꝫ ī illo ſacramēto ⁊
cū illis et ſub illis accidētib⁹ ita adorat ip̄ꝫ.
Et io x̄an⁹ non adorat illa accidentia ſeorſū
ſed xp̄m conſecratuꝫ ſub illis accidentibus
ſiue in illo ſacramento. Et ſic patet. ꝙ illa
accidentia non adorantur de ſe niſi per ano
logiam ad xp̄m conſecratum in q̄ntuꝫ ſūt
quaſi tabernaculū eius. Et ita etiā periter
eſt dicendum de cruce. nam crux de ſe ⁊ ſe
orſum nullaꝫ habet rationem adorationis.
nec ratione materie lignee. aut argentee.
aut lapidee. nec ratione forme ſiue figure.
que eſt quedam qualitas de quarta ſpecie.
et ſic taꝫ quo ad materiā ꝙ quo ad formā

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



